a Vide qđ ibi ſñt notãt inno.⁊ feli.i.c. cũ olim.⁊.c. eud no.ſ.de pſcrip.vbi volunt pſcribentem iura eſſe alia illa ſolum pſcribere ꝙ̃ poſſidere ⁊ plura circa hanc materiam.

b Gl.j.multũ notabilis ſm pe.rauẽ. hic in.c.ſuſcitata.ſ.de reſt. i integr.vult ꝙ licz debeat cõcipi ſententia i perſonã procuratoris ad hoc vt valeat p.l.j.C. de ſen.⁊ interlo.om.iud.ſecus tamẽ eſt de iure canonico ꝙ nõ curat de ſubtilitate iſta ⁊ idõ nõ intereſt an i perſona dñi vel ꝓcuratoris ꝯcipiatur

barto.tñ in.l. ſtipulatio iſta habere.§.ſi ſtipuler.pſic. ſextus mod⁹ dicit illã glo. nõ bene dicere de quo videas p pano. d.c.ſuſcitata.

c Addẽ ꝙ cõſtito de ſpoliatione p teſtes creditur iuramẽto ſpoliati ſup reb⁹ amiſſis taxatione tñ pmiſſa caſus totũ d⁹ l.c.ſup eo. ſ.de his q̃ vi met.cã fiunt.

b Ad ꝯpoſt. hic fere p totũ capitulum elaborat circa poſitionẽ caſus videtur michi ſolũ recurrere ad ſcribẽtes hic qui eodem ferme paſſu ambulãt.

miſerant. Secūdo quia conſilium vna
vice tm̄ ſtatuit priuatos tales qui ſcien-
ter indignum elegerant. Electio autē q̄
modo celebrari debebat non iam ſecun
da/ſꝫ tertia concurrebat. ⁊ ſm̄ hunc ca-
ſum decani ⁊ cātoꝛis. electiones q̄ in eo
dem cōtextu fuerāt celebrate loco pri-
me habebātur ar. ꝭ. eo. quod ſicut. in pri.
Electiones autem que poſt vtramqꝫ ele
ctionem decani videlicet ⁊ cantoꝛis caſ
ſatam facte fuerunt ſunt loco ſecunde.
Illa autem que vltimo corā papa cele-
branda erat occurrebat iam tertia. Alij
dicunt idē niſi ꝙ non iuſtificāt ſentētiā
pape per electiones que poſt caſſationē
electionum decani ⁊ cantoꝛis facte fue-
runt: quia non dicunt eas factas poſtea
ſed per hoc eam iuſtificant: quia non
priuati ſemel admiſerunt priuatos: et
ideo variare non potuerunt: ſed litte-
ra contradicit in fine. ibi. et ꝙ decre-
tum. ⁊c̄. Alij dicunt ꝙ poſt vtramqꝫ ele-
ctionem decani ⁊ cātoꝛis caſſatam ele-
ctores decani ſtatim ius eligendi recu-
perauerūt ꝑtāte eligēdi ad totum capi-
tulum deuoluta: ⁊ ſic non de gratia: ſed
de iure fuerunt electores decani admiſſi
⁊ iſti non dicunt ꝙ poſt caſſationem ele
ctionum decani ⁊ cantoꝛis aliqua fuit
facta electio ante pape ſententiam ſup
admittēdis electoꝛibus decani ſimꝰ cū
alijs latam: ⁊ iſti ponunt electionem de
cani primam: cantoꝛis vero ſecundam
⁊ tertia faciēda concurrebat a qua ele-
ctores cātoꝛis volebāt excludere electo
res decani/⁊ papa decreuit eos admittē
dos. ⁊ iſte itellectus magis cōcoꝛdat cū
littera: niſi in eo qđ dr̄ lr̄a ꝙ iſti poſt pri
mā electionē admiſerūt illos. Sꝫ ad h̄
poteſt reſponderi ꝙ papa nō dicit hic ꝙ
de gratia fuiſſēt admiſſi: ſꝫ ad redarguē
dum illos de incōſtātia qui pꝛīo admi
ſerunt/⁊ poſtea admittere recuſabāt nō
vt per hoc ſententiam ſuam iuſtificēt: et
preterea cum electores cātoꝛis manda-
tū eligēdi habeant a socijs (vt dixi) nō
poterāt alijs ꝑ factū ſuuꝫ ꝑiudicare ad
mittēdo ꝑuatos. ꝭ. de offi. dele. cū oli. ff.
de pꝛocur. ignoꝛātis. Sed ad id qđ dixi
ꝙ electores cantoꝛis qui per impreſſio-
nem elegerant non fuerunt priuati eſt
contra. ꝭ. eo. quiſquis. Reſpondeo. con
ſtitutio quiſquis nondum erat facta/⁊
ſic nondum erant priuati: licet per ſentē

tiam pꝛopter delictum priuari potuiſſēt
ꝭ. eo. bone mēoꝛie. xvj. q. vij. ſi quis de-
inceps. Sꝫ noluit eos papa priuare vt
hic apparet. Item videtur ꝙ poſt vtrā-
qꝫ electionem caſſatam decani ſcilicet ⁊
cantoꝛis: nec ad ſolos electores canto-
ris nec ſm̄ pꝛimum caſum nec ad totū
cp̄m ſm̄ ſecūdū caſum fuit deuoluta po
teſtas: immo debuit ad ſupioꝛem deuol
ui: vt. ꝭ. eo. bone memoꝛie. i fine. Reſpō.
ibi primi electores ⁊ ſecundi adeo pec-
cauerant ꝙ erant priuati: hic autem ſe-
cundi licet peccaſſent non tamen erant
ꝑuati. vt ibi: vnde diſtigue ſic plene cir-
ca deuolutionem huius poteſtatis. aut
enim omnes ſunt priuati pꝛopter deli-
ctum: vt quia ſciēter elegerunt indignū
aut nō ſunt priuati: ſunt tm̄ priuandi: vt
quia non ſeruauerunt foꝛmam conſilij.
quia pꝛopter. aut nō ſunt priuati nec pri
uādi eoꝛum tm̄ electio non pꝛocedit: vel
quia electus non vult conſētire vel quā
do electores ſine ſua culpa electi vitium
ignoꝛātes a pꝛima electione recedunt.
aut quidam ex electoꝛibus ſunt priuati
quidam non vt hic fuit: i pꝛimo caſu vbi
ſunt oēs pꝛopter delictum ſuum pri-
uati deuoluitur poteſtas ad ſuperioꝛem
vt. ꝭ. eo. bone memo. ⁊ hoc itelligimus
ſiue ipſi vnam electionem fecerunt ſiue
plures ex interuallo vel in eodē conte-
xtu: quia non ē ratio maioꝛ in vno caſu
quare rediret poteſtas ad peccantes q̄
in alio. In ſecundo vero caſu vbi non
ſunt priuati ſunt tamē priuādi poteſtas
ad ſuperioꝛem nō deuoluitur: immo pe-
nes eligētes remanet/ita ꝙ ſi elect⁹ nō
cōſentiat vꝉ ſi poſtq̄ conſenſit renunci-
et poterūt electores licet eſſent priuan-
di alium vel eundē eligere etiam contra
dicente parte minoꝛe/que non peccaue-
rat cōtra foꝛmam ⁊ valebit talis electio
licet electores priuationi ſubiacerēt vt
no. in. c. quia pꝛopter. In tertio vero ca
ſu vbi electores non ſunt priuati nec pri
uandi ⁊ eoꝛum electio non pꝛocedit: in-
dubitanter tenet ꝙ poteſtas ad ſupioꝛē
non deuoluitur: ſed ad eligētes eoſdem
vt. ꝭ. eo. cum terra. ⁊ ibi no. In quarto
autē caſu quādo due partes duas electi
ones celebrant vna pars eſt priuata ꝓ-
pter delictū/altera nō vt hic: tunc ſi nō
in eodē ꝯtextu: ſed ex interuallo electio
facta fuerit: ⁊ electio illoꝛum qui priuati

non ſunt non procedat: vel quia renun=
ciat electus in manibus archiepi: quod
facere potuit. j. de trāſla. iter. vl' q2 nolu
it cōſētire: vl' q2 caſſatur / ꝛ electores nō
ꝓuātur redit poteſtas ad capitulum: cū
ſufficiat ꝙ primi electores vna vice tm̄
priuati fuerunt in illa ſcʒ electione que
facta fuit poſt ſniam ab illa ſola repellū
tur nō a tertia q̄ iminet faciēda vt hic di
cit̄ ꝛ. ſ̄. eo. cum i'cūctis. ſi autē primi eli=
gētes primū idignū: ꝛ ſecūdi nō peccā=
tes taliter ꝙ ſint priuati eodem cōtextu
elegerūt ꝛ electio nō ꝓuatoꝝ nō ꝑcedit:
vl' q2 renūciat elect⁹: vl' q2 nō ꝯſētit: vl'
q2 caſſat̄ electio ꝛ electores non ꝓuātur
tūc nō ad omnes / ſʒ ad nō priuatos po=
teſtas eligēdi deuoluitur: ſʒ nō priuati
poſſūt ſecū admittere priuatos ſi volūt
ꝛ ſic loquit̄ h̄ ſm caſū quē primo poſui
ꝛ no. j. eo. ſcriptum. Alij dicunt ꝙ etiam
in hoc caſu ad totum capitulū poteſtas
deuoluitur (vt dixi) ſʒ caſum tertiū. Sʒ
quid ſi vna parte priuata pars non pec
cās negligit eligere. j. trimeſtre. de quo
habes. j. eo. ne pro defectu? Reſpō. cum
pars non peccans fungatur vice capitu
li: vt hic ꝛ. ſ̄. eo. dudum. ſi eligere negli
gat poteſtas ad ſuperiorem deuoluitur
vt in. c. ne pro defectu. Sʒ q̄ro a quo tpe
parti ad quam propter delictum partis
alterius ptās deuoluitur currat tēpus /
ꝛ videtur ꝙ a tēpore quo publicata pec
cātiū vota fuerūt vl' ex quo eligūt: cum
enim ex tūc nō peccātes eligere potue=
runt: vt. ſ̄. eo. dudum. nō ex tūc currit tē
pus. j. de cōceſſ. pbē. q2 diuerſitatē. Alij
dicūt ꝙ currit ex quo electio peccantiū
fuit nulla pronunciata: nā antea nō pec=
cātes potuerunt de iure ſuo dubitare.
Rn̄. melius credimus ꝙ currat eis tē=
pus a tēpore vacationis q2 tempus il=
lud eſt inutile vt in. c. ne ꝑ defectu ibi iu
ſto impedimento ꝛc̄. tempus illud quo
nō ꝓceſſerūt ad electionē q2 forte veri=
ſimiliter dubitabat̄ de prima electione
an teneret q2 forte dubitabant de natali
bus electi: vl' an diſpēſationē elect⁹ ha=
beret nō ꝯputat̄ i trimeſtri tp̄e. ar. ff. ad
l. iul. de adult. l. quīquēniū. ꝑterea tales
dubitationes fauorabiles ſūt vt nō gra
uēt̄ eccl'ie laborib⁹ ꝛ expēſis ſi incōſide
rate plures electiōes fiāt. Itē q̄ro ſi ele
ctio ad quam non priuati priuatos de
gratia admittebant celebrata fuiſſet an
deberet caſſari? videt̄ ꝙ ſic ar. de off. de
leg. cū ſuper. ꝛ. j. eo. maſſana. Rn̄. nō caſ
ſaretur. ꝛ. c. cū ſuper. non obſtat / q2 ſec⁹
in iuriſdictione q̄ʒ i electione vt ibi not.
Itē. c. maſſana nō obſtat: quia ibi laici
erāt ſciēter admiſſi ꝛ tanq̄ʒ ius hn̄tes i
electiōe qđ eſt prohibitū. lxiij. di. adria
nus. hic aūt admiſſi ſunt clerici qđ non
ꝓhibetur imo cōceditur de illis etiā q̄
de gratia nō de iure vocātur. lxiij. diſt.
c. penul. Itē q̄ro ſi ꝯ decanū electū actū
fuiſſet ꝛ iudex ſentētiaſſet ſic: q2 canoni
ci te ſciēter idignū elegerūt electionem
de te factā caſſamus an ꝑiudicet̄ eligē=
tib⁹ vt penā. c. cū in cūctis incurrāt ꝛ ab
alijs excludāt̄? Rn̄. nō preiudicatur q2
res inter alios acta ꝛc̄. ſ̄. eo. querelā. ni
ſi forte ſm aliquos cū electo agi ſciuiſ=
ſent vel ſaltē in eā ipſa interueniſſēt: vt
no. ſ̄. de reſcr. c. epm. j. de accu. ſup his.
ꝛ. xxxj. diſt. tantis daniel. Si autē ꝯ ele
ctores decani actū fuiſſet ꝛ iudex dicat
caſſamus electionem vr̄am q2 elegiſtis
indignū / lʒ non dicat priuam⁹ vos: alij
non tenent̄ eos ad electionē admittere
q2 facti q̄dā q̄ſtio in arbitrio eſt iudicā=
tis: pene[a] vero perſecutio nō eius volū
tati mādatur ſed legis auctoritati reſer
uat̄: vt. ij. q. iij. §. notādū. Sʒ pone ꝙ cū
ageret̄ ꝯ electores decani ſimpl'r eſt pe
titū vt caſſet̄ electio vtpote non canoni
ca non aūt expſſa eſt cā: q2 ſciēter elege
rūt indignū ꝛ iudex i ſnia exprimit hāc
cām q2 ſcienter ꝛc̄. caſſamus electionē
veſtrā / nūquid eis preiudicat? videt̄ ꝙ
non cū de hoc actum non ſit vt in ꝑdic.
c. q̄relam. Alij dicunt in hoc articulo et
forte melius ꝙ ex quo petitio gn̄alis fu
it ꝛ a ſnia nō fuit appellatū ꝑiudicatur
eis per expreſſionē dicte cauſe: magna
enim differētia eſt ex qua cauſa q̄s ꝯdē
netur vt in vno caſu infamia irrogetur
in alio nō. ff. de crimi. ſtellio l. j. ij. ꝛ. iij.
Nos aūt ad id qđ obijcitur ꝙ de cauſa
nō fuit actū. Rn̄. ex quo petitio erat ge
neralis ſub q̄ poterat dicta cā cōprehē
di ꝑſumitur actū ex quo nō fuit appel=
latum ſicut ꝑ ſentētia i caſib⁹ alijs ꝑſu
mitur ex quo nō appellatur ab ea. ſ̄. eo.
bone memorie. Sed pone ꝙ illi priuati
veniunt ad eligendum ſimul cum non
priuatis nūqđ nō priuati debent eos ꝑ
vim excludere. Rn̄deo de hoc ꝛ de pu=
blice ꝛ de occulte excōmunicatiſ ꝛ de ſu=

a Adde ꝙ ſi iudex ipo=nit minorem vel grauiorē penā q̄ ſit a iure ſtatuta efficiatur infa=mis hoſt. ꝛ io. and. c. de cau ſis. j. de offic. deleg. de q̄ di cto multū ex=clamat iudo. ro. ſingu. lxx vij. ꝛ ſingul. dcxvij. de hac aūt materia vide late pa=nor. barba. et fel. idē. c. de cauſis poſt alios ſcriben. ibidem.

ſpēſis no.ſ̄.de conſue.cū dilectus.Cōpoſtellanus.

De inquiſitionē.

Amouētes.] Quero qualiter actum fuit ꝯ̄ iſtū maſcaron ⁊ quare mādat amoueri? Rñ. omiſſis alijs differētijs ꝙ preposito tholoſano in epiſcopum côuch. aſſumpto elect⁹ fuit maſcaron in prepoſitum: oppoſuerunt ſe aliqui electioni ⁊ excipiebāt côtra ipſum d̾ exceſſu commiſſo in electione epiſcopi tholoſani / quem exceſſum p côfeſſionē[a] quam fecerat maſcaron i cā inquiſitionis olim facte in eccleſia tholoſana probauerūt / propter hoc mādat papa eum amoueri. propter exceſſum em̄ quē côfeſſus eſt non ſolum debebat repelli ab obtinēdo ſed etiam priuari iā habitis / cum fuerit magnus exceſſus ⁊ p côfeſſionē manifeſtus .j.q. viij. ſi quis preſbiter .l.diſt.de his ꝟo. Alij dixerunt qđ nō placet ꝙ hic agebatur de electiōe epiſcopi ⁊ crimē qđ maſcaron fuit confeſſus negocium electiōis epi de quo agebatur ꝯtingebat / vñ maſcaron ſine alio iuris ordine poterat puniri .ſ̄. de con feſſ.cum ſup .ſ̄.de excep. deniꝗ. Sꝫ licet aliquādo poſſꝫ hoc fieri veritas caſus eſt quā primo dixi. Sꝫ côtra quomodo côfeſſio maſcarō facta in vno iudicio .ſ. in cauſa inquiſitionis ꝑiudicauit[b] ſibi i alio .i. in cauſa electionis ꝑpoſiture cum atteſtationes ⁊ alia acta habita in vno iudicio non ꝑiudicēt in alio .ſ̄. de fid. inſtru.inter dilectos. nec atteſtatiōes. ar .ſ̄. de or.cogni.cū dilectus. Rñ. ſec⁹ in atteſtationib⁹ ⁊ alijs actis cū ꝯ̄ ꝓbatiōes al's ſiue ſint teſtium ſiue iſtrumētorum multa poſſint obijci q̄ ātea nō fuerūt obiecta. In côfeſſione aūt hoc tenendū ꝙ ſi ꝯfeſſio fctā in vno iudicio: ⁊ etiā ex̄ iudiciū ꝯfitēti ꝑiudicat ei in alio iudicio non tñ ita ꝙ côfeſſus in vno iudicio videatur côfeſſus in alio: ſꝫ côfeſſio in vno iudicio fctā valebit in alio ſicut probatio dūmō fiat in cā vt hic. ⁊ hoc ideo qꝛ ꝯ̄ id qđ quis dilucida voce proteſtatus ē ⁊c̄ .ſ̄. de proba.per tuas. C. de nō numera.pecu.gñaliter. Niſi confitens probet ꝙ in alio caſu intelligebatur: vt dicta .l. gñaliter. ⁊ .ſ̄. de accu.cū dilectus. itē ꝯ̄ .ſ̄. de iudi. at ſi clerici. vbi non preiudicat côfeſſio in alio iudicio. Rñ. ꝙ ꝯfeſſio facta corā iudice ſeculari nō ſufficit vt ſu⁹ eꝑs cū côdēnet: ſed vocat⁹ ab eꝑo reqſitus de crimīe qđ côfeſſus ē coram iudice ſeculari / ⁊ ſi velit variare non admittetur niſi velit probare ꝙ in alio caſu intelligebatur ſua confeſſio vt in .l. gñaliter. vl' dic ꝙ in .c. at ſi clerici. fuit cleric⁹ corā iudice ſeculari violēter tract⁹ / ⁊ fuit illud ne in aliquo iuriſdictio laicorū ſup clericis approbetur. Côfeſſio aūt ꝓcuratoris[c] in vno iudicio fctā non preiudicat dño in alio minimo conceſſa cā in .d. l. gñaliter. aſſignata cū indignū eē videatur ⁊c̄. de his no .ſ̄. eo. ſtatuimus.

Cum cām.

Dimittāt] Sꝫ nūquid eꝑs ſecularis[d] immediate preeſt monachis vt .ſ̄. de iudi. cām q̄ ⁊ .ſ̄. ne ſe. vacan. c. j. vbi eꝑs erat ſecularis ⁊ ē hodie / lꝫ vterꝗ locus eēt religioſus ⁊ in pampullonēſ. ⁊ in vintonieſ. ⁊ in alijs multis videmus ⁊ ratione eꝑalis ordinis ⁊ officij ē eꝑs. Sꝫ abbas dr̄ qꝛ monachis imediate ꝑeſt et ab eis eligitur ⁊ monachos ad ꝓfeſſionē recipit qđ ē abbatis. vt i aut. de ſāc. epi. §. iubemus .ſ̄. de regula. porrectum. item inquantum monachi ſibi obedientiā debēt quā debēt abbati .xij.q.ij. non dicatis: vnus em̄ qñꝗ gerit ꝑſonā duorum ratione diuerſi officij qđ exercet: ſicut papa qui quandoꝗ gerit perſonam regis .ſ̄. de fo.côpet. licet. Qualiter ergo rñdebimus huic .c. ⁊ .ſ̄. eo. ad nrām. ⁊ .c. cum in magiſtrum. vbi dicitur ꝙ ſecularis ſiue non profeſſus non pōt in abbatē aſſumi. Rñ. côtingit hoc propter excellētiā ⁊ vtilitatē dignitatis epiſcopalis que magna ē .xl. diſtinc. añ oīa. cum enim epiſcopus nō ſolū monachis quibus immediate ꝑeſt ſed ēt oībus alijs ſue ciuitatis ⁊ dioceſis ſit vtilis propt̄ hoc: ⁊ qꝛ epiſcop⁹ ſanctior ꝑſumit quolibet monacho vl' abbate ſancti patres approbauerūt ꝙ ſeculari eꝑs ꝑeſſet monachis immediate ſi ad vtrumꝗ officiū digna inueniretur ꝑſona. Dimittāt] Sed nunquid iſti qui iam ibi erāt debebāt remanere in ſua vita[e] ibidē vt .ſ̄. de ſta.mona. ea que. §. precipimus .ſ̄. de eccle.edi. ad audientiam. Reſpondeo. iſti clerici erant hic tāꝗ de collegio. ibi autem recepti erant ad prebendas quas nō tāꝗ clerici de collegio recipiebāt: ſꝫ

[a] An ꝓpter crimen ꝓbatum côtra reſtem per confeſſionem ipſius vel aliter dēat ipſe reſtis puniri ſi: bi reuelabūt anth. de but. hic panor. latiſſime l. c. cū dilectus .ſ̄. de ord.cog. ⁊ panor. ⁊ felin. c. j .ſ̄. de excep. vnum tñ notabis ꝙ ꝓ côfeſſiōe criminis i foro mixto facta nunꝗ̄ imponitur pena ordinaria domi. quē ſequitur cardi. alex. c. ex penitētib⁹. l. diſ. ārch. ꝺ bu. poſt hoſt. c. q̄ris. circa fi .ſ̄. de eta. ⁊ qu.

[b] An côfeſſio in vno iudicio facta ꝑiudices i alio ſatis patꝫ ex dict. panor. barba. ⁊ feli. poſt alios i. c. at ſi clerici .ſ̄. de iud. vbi infinita dicta ⁊ côcordātias ad materiā poteris videre vide etiam alex. ꝯſl. xiij. ⁊ conſl. xxvj. ꝟſl. fornicari. neꝗ deo obliuioni ꝙ bal. hic voluit ꝙ côfeſſio facta ꝑ clericū corā iudice ſeculari non facit indiciū ad torturam.

[c] An confeſſio ꝓcuratoris noceat domino vide panor. ⁊ antho. de but. c. j. vt lit. nō côteſt. feli. c. cauſā q̄ de teſt. ꝟſl. hec aūt intellige. ſpecu. de confeſſ. §. nūc videndū ꝟſl. ſꝫ nūqđ confeſſio. ⁊ §. poſtremo. ꝟſl. ſi vero ſit.

[d] An ſecularis in eꝑm regularis eccīe vel regularis in eꝑm ſecularis poſſit eligi. vide not. c. nullus. de elec. li. vj. ⁊ cle .ſ̄. de electio. ⁊ qđ de abbate. c. ſi abbatē. de elec. li. vj. item de hoc ⁊ qđ in ſerioribus ꝑ panor. c. ꝙ bei ſimone .ſ̄. de ſta. mona.

[e] Adde hic ca. relatum ⁊ ibi not. ꝑ panor. ⁊ alios ſcrib .ſ̄. ne cle. vel mo.

ſicut quidã beneficiati vbi al'as magi-
ſter recipit q̃ de collegio nõ eſt. ĩ. de ma
giſtris. quia. Uel dic ꝙ non dicit hic ꝙ
iſti dimittant p̃bendas in vita ſua ſi de
hoc contendant: ſed dicitur ꝙ dimittãt
eccleſiam. i. ꝙ non ſint ibi tanq̃ʒ vocem
habentes in capitulo: ⁊ in alijs: ⁊ cum
hoc concor. §. precipimus. Item vide-
tur ꝙ nõ ſint compellendi ad dimitten-
dum: ſed ad remanendũ ibi maxie cũ p
annum ſteterunt. ĩ. de regula. ex parte.
Rñ. ibi tanq̃ʒ regulares in habitu erãt
hic autem tanq̃ʒ ſeculares. Sed quid ſi
in iſta eccleſia conſueuerant eſſe regula
res ⁊ paulatim deueneruͤt in ſeculares:
ita ꝙ nullus regularis eſt ibi. Rñ quid
ſunt compellendi portare habitũ ſicut
ſui predeceſſores portabant? Rñ. non.
ar. ĩ. de eccle. edi. ad audientiam.

QUod ſicut. [Uex] Sed q̃-
liter poſt confirmationem[a] ⁊
etiam poſt conſecrationẽ iſti
admiſſi fuerunt ad dicẽdum cõtra for-
mã poſtulatiõis hmõi: ĩ eo ꝙ poſt alias
nominationes fuit facta vel ꝓpter ſuũ cõ-
tẽptũ ⁊ cõtra pſonã poſtulati: ĩ eo ꝙ di-
xerunt eũ exceſſiſſe circa intẽpeſtiuã or
dinum collationẽ ⁊ alienationẽ tabule
argẽtee cũ poſt cõfirmationem debeat
collatio ſortiri effectũ: nec exceptões ꝯ
ꝯfirmatũ admittũt ſed accuſari vel de
nũciari ſolũ poſſunt. ĩ. de ap. cõſtitutus
Rñ. Materia iſta de exceptionib⁹ con
tra electũ cõfirmatũ ⁊ etiã conſecratuʒ
⁊ cõtra eũ cui facta eſt dignitatis vel p
ſonatus ſeu alteri⁹ beneficij ꝓuiſio ſiue
collatio tã in formã q̃ʒ in pſonã admit-
tendis. ⁊ que exceptiões impediãt col-
lationis ſeu ꝓuiſiõis effectũ quotidia
na eſt et ideo plenius attingenda vt. ff.
de lib. legata. ⁊ vt p diſtinctionẽ fiat lu
cidior vt. ff. de doli ex. l. p̃ma. Quero pri
mo an poſt confirmationem exceptio-
nes contra formã electionis admittan
tur: ⁊ vtrũ impediãt confirmationis ef
fectũ? Rñ. diſtingue aut fit cõfirmatio
cum cauſe cognitiõe aut nõ. ſi cũ cauſe
cognitione partib⁹ ſcʒ p̃ntib⁹ tũc ſi ap
pellatũ nõ fuit poſtea nullus ꝯ formam
electiõis auditur/ẽt ſi excipiens p̃ſens
in cõfirmatione nõ fuit vt. ff. de decuri.
l. penul. ĩ. fi. ⁊ eſt rõ q: ſuum intereſſe nõ
proſequitur pars que ĩ ꝯfirmatiõe fuit

[a] Que exce ptiones ⁊ qñ ⁊ qualiter ad mittantur cõ tra electũ cõ firmatũ poſt iſtum hic ela borant card. io. an. arch. ⁊ panor. tu et videtis no. p panor. ĩ. de do. ⁊ contu. c. cum olim. et c. cũ olim. de cauſa poſſ. et ꝓpri. ⁊. c. fi. iſto tit. lib. vj. ibi archid. do mi. frã. ⁊ ali- os. io. d ana. frãciſ. de are. feli. c. ſup his ĩ. de accuſat. pet. de brax. i iij. parte ſui trac. de elec. cã. xlv. icipiẽ te q̃ exceptio- nes.

prenſens vt not. C. quõ ⁊ quãdo iudex
l. vlti. ex quo eñ non appellant ſue offi-
cio cõfirmauit ſententiã. C. de ſen. que
ſine. l. vlti. Item nec abſens qui ſciuit
negocium confirmationis tractari au-
diuit: cũ enim de iure prelatiõis agere
tur ſcienti fit preiudicium. ff. de vi ⁊ vi
arma. ſepe. §. nam ⁊ ſi libertus. ĩ. de ſen.
⁊ re iudi. q̃uis. vbi no. ⁊ maxie eccleſia
hoc caſu non debet audiri etiã ſi nego-
cium confirmationis ignorauit agi: cũ
enim eccleſia in eũ conſenſerit i electio
ne vel confirmatione contra eum nõ dʒ
audiri vt. ĩ. de his que fi. a ma. parte ca.
ex ore. ff. d decu l. penul. in fi. ⁊ ea rõ eſt
q: ſuũ intereſſe nõ ꝓſequit: q: nullũ eſt
nec intereſſe eccl'ie. cũ eccl'ia in eũ ꝯſen
ſerit vel i electiõe vl' ꝯfirmatione. Itẽ
nõ intereſt eccl'ie de forma ſuata vel nõ
dũmõ al's ſit bon⁹ p̃latus ⁊ iõ ꝯ formã
audiri nõ dʒ ĩ. eo. cũ inter? Rñ. vt. ĩ. de
accu. illa. Itẽ q: al's de fora iquiſitũ iã
fuit vlterius inquiri non debet arg. ĩ. de
accu. de his ⁊. ĩ. eo. cum dilectus. ff. nau
te caupo. ſtabu. l. licʒ. ĩ fine: ⁊ multo for-
tius poſt conſecrationem exceptiones
contra formam locum nõ habent: ſʒ ac
cuſatio vel denunciatio forte ſic vt no.
ĩ. de dolo et cõtu. cum olim. ⁊ ſic poteſt
p̃ſens capi intelligi ⁊ reſponderi ad q̃-
ſtionẽ p̃mo propoſitaʒ ꝙ contra formã
poſtulationis ⁊ perſonam poſtulati cõ
tradictores nõ ſunt admiſſi per modũ
exceptionis ſed per modum denuncia
tionis ſeu accuſationis. vel poteſt dici
ꝙ fuit ſuperioris officium imploratum
ſup contemptu ⁊ alijs: ⁊ papa propter
regis ſcãdalum ⁊ aliorũ clamores eos
ſuper obiectis audiuit. vl' poteſt dici ꝙ
ratione appellationis fuerunt admiſſi
videtur eñ ꝙ aliquis ſuũ contemptum
proſequatur ⁊ ignorauit cãm confirma
tionis agi poſt confirmationem et etiã
poſt cõſecrationem poteſt agere de cõ-
temptu iudicis officium implorando.
arg. hic. ⁊. ĩ. qui matri. accuſa. poſſ. cum
in tua. ff. de accuſ. ſi cui. ⁊ cum qui de cõ
temptu agit non ſufficit dicere ſe igno-
raſſe: niſi probabilis appareat ignorã-
tia. vt in. c. cum in tua. ⁊. l. cui. §. his de
criminibus. Alij dicunt ꝙ contemptus
non habet officium iudicis: ſed tãtum
exceptionem quãdo petitur confirma-
tio vel conſecratio. hoc autem eſt certũ

ꝙ ſi contra prouiſſionem ſeu electionez appellatum fuit omnibus tam abſentibus ꝙ̃ preſentibus qui appellatum ſciuerunt ſit preiudictum per confirmationem p̃dictam. vt. ĩ. eo. c. ſtatuimus. vbi no. cõtra pred. eſt. ĩ. eo. cum dilect⁹. vbi poſt ſolemnẽ confirmationem admittũtur probationes ꝯtra formam et preter appel. Rñ. ꝙ ibi fuit appellatuz licet hoc ibi nõ dicatur. Uel melius / illud ſuperioꝛ fecit ex officio ꝑpter rationem allegatam ibidẽ ne aliquis per obreptionem ⁊c̃. ⁊ eſt ſimile. ĩ. de appel. cõſtitutus. Si autem confirmatio ſine cauſe cognitione[a] facta fuit: tũc ſimiliter non admittitur excipiens cõtra foꝛmam / quia confirmatio per ſuperiorez facta ⁊ ſine citatiõe bene tenet. vt. ĩ. eo. ca. no. vnde per exceptiones hmõi non debet infirmari. quod verum eſt ſi non fuit confirmatio repẽte facta: quia tũc excipiẽs contra foꝛmam admittitur. ⁊ ſi excipiatur de ꝯfirmatione electi replicabitur ꝙ ſine cauſe cognitione fuit facta / ⁊ repente vt fecimus in cauſa electionis prepoſiture ſcti adomarij que ſine cauſe cognitione fuerat confirmata: ⁊ repente ſecũda die ſcz poſt electionem factam: ⁊ ideo fuimus admiſſi ad dicendum ꝯ formã electionis. arg. ad hoc. ĩ. qui matri. accu. poſ. cũ in tua. interim tamẽ cõfirmationis effectus impediri non debet iuxta diſtictionem. ĩ. not. vtrum ſcz reſtet conſecratio vel oꝛdinatio facienda. vel vtrum agens ꝓponatur de obiecto crimĩe publice diffamatus: ⁊ vtrum excipiens prius excipiendi copiam habuit. veruntamen viꝛio forme ab excipiente probato caſſabitur electio ⁊ amouebitur confirmat⁹ ⁊ om̃ia alia que electionem ſecuta ſunt caſſabuntur tan. ꝙ̃ per obꝛeptionem obtenta. ſ̃. eo. qualiter. ab excipiente poſt confirmationem dixi vitium forme ꝓbandum: quia ſicut nemo cogitur titulum ſue poſſeſſionis[b] oſtẽdere. C. de ꝓba. cogi. ita nec confirmationis: niſi ſit appellatum: quia tunc confirmato incumbit probatio ꝙ confirmatio fuit iuſta vt in alia ſententia not. ſ̃. eo. bone. Ubi vero ante confirmationem obijcitur contra foꝛmam electionis: electus debet probare ſuam electionem canonicam non excipiens: quia negantis factum ⁊c̃. ſ̃. de elec. bone memo. notat tñ dñs Inno. in. c. innotuit. ĩ. de eo q̃ furtiue oꝛdinem recepit. ꝙ huiuſmodi ſolẽnitates electionis per preſumptiones probant᷑: q2 ꝙ quis extra iudiciũ ex officio ſuo facit p̃ſumit᷑ bñfactũ: niſi ꝓbetur ꝯtriũ. C. de ꝯbẽ. ſti. p. l. j. ⁊ penul. ff. de ꝟbo. obl. l. ſciendũ. ⁊ ꝑpter hoc dicit ꝙ ſi aliq̃s dicit defectũ interueniſſe in electionibus / puta ꝙ non ſit ſcrutiniũ factũ vel collatio habita: vel cõis electio ex quo de ptãte electoꝛũ / ⁊ de electione cõſtat ipi opponẽti incũbit ꝓbatio huius negatiue. ff. de ꝓba. ab ea pte. ij. rñ. Sed cũ ſolẽnitatum ꝓbatio per p̃ſumptiones ꝓcedit facile ꝑ alias probationes tollit᷑. ĩ. de p̃ſum. q2 ꝟiſimile. qđ tñ ſupra dixi ſecurius eſt. ⁊ illa. l. ab ea parte / ⁊ alia iura prealleg. nõ multũ faciũt quia loquunt᷑ vbi ſcriptura interuenit nam vbi nõ interuenit q̃ ſolẽnitatem allegat eã ꝓbare tenet᷑. ff. de pu. in rẽ act. l. quecunq3. §. vltimo. Itẽ ⁊ ei qui dicit incumbit probatio. ff. de ꝓba. ei. Hoc autẽ eſt certum ꝙ in iudicijs parũ aut nihil creditur: niſi quatenus legitimis ꝯſtiterit documẽtis. ĩ. de ꝓba. qm̃ ꝯtra. Item ⁊ ex̃ iudiciũ vbi ſcͥptura req̃ritur vt. ĩ. de ſen. excõ. cũ medicinalis. x. q. ij. hoc ius. §. item prediũ. ⁊. §. ſeq. Et ſilr̃ vbi ius dicit foꝛmã ꝓbandã opz ſolẽnitates ꝑ eum qui eas allegat ꝓbari. ĩ. de ſen. excõ. ſacro. An autem aliquis preſumatur a ſuo ep̃o oꝛdinat⁹ vel ꝯſenſu ip̃ius no. ſpãliter in p̃alleg. c. innotuit. ⁊. ĩ. c. dudũ. ¶ Si tñ crimẽ obijcit᷑ in ꝑſonã] ſiue ante cõfirmationẽ ſiue poſt / ſemꝑ q̃ excipit ꝓbare dz. ff. de proba. ei qui. nam q̃libet dignus p̃ſumit᷑: niſi ꝓbet᷑ ꝯtriũ. ĩ. de p̃ſum. dudũ. Supioꝛ tñ ex officio ſuo de dignitate electi põt inq̃rere. vt no. ſ̃. de poſtul᷑. cap. j. ⁊ ſ̃. eo. cum nobis. ¶ Item queritur vtrũ ꝯfirmatio fctã ſine cauſe cognitione teneat? ⁊ videt᷑ ꝙ nõ: q2 hec res ꝯmiſſa eſt confirmatori diligenter inquirẽda non negligenda. ĩ. eo. nihil eſt. ⁊ ideo ſi inquiſitio omittatur non valet qđ fit. ff. de trãſac. cum hi. §. ſi pretoꝛ. ar. vt no. ſ̃. eo. bone me. ff. de rebus eo. magis. §. antepenul. xxiiij. diſt. c. ſi. lxi. diſt. c. ep̃s. ff. de procur. l. ſi. ⁊ hec quidam aſſerũt: fatentur tamen ꝙ ſufficit ſummaria cognitio. Item fatentur ꝙ licet huiuſmodi non

[a] Dic ꝙ infamia preſtat ſolam facultatem inquirendi. c. qualiter ⁊ quãdo ij. ĩ. de accuſa. lz inno. dixerit. c. querelã ſ̃. eo. ꝙ infamia facit nõ ſolum impedit promotionẽ ſ3 deijcit promotum qđ autẽ hic dicit cõpoſt. ꝙ effect⁹ collationis ſuſpẽdatur ⁊ cetera intelligit panoꝛ. i. d. c. querelam. verum ſi infamia eẽt vehemẽs faciunt not. ꝑ io. an. c. j de accuſa. li. vj. ⁊ attẽde ꝙ ſi per inq̃ſitionẽ nõ poſſit apparere de crimine ⁊ adhuc remaneat infamia indicit᷑ purgatio. c. accedẽs. ĩ. de accuſat. de modo ꝓcedendi cõtra infamatũ vide. c. ij. ĩ. de purg. cano. glo. ⁊ cardin. alex. c. preſbyter. ij. q. v.

[b] Hodie eſt certa foꝛma i cõfirmationibus obſeruãda q̃ obmiſſa irrite ſunt cõfirmationes. c. ſi. ĩ. de elec. li. vj.

teneat confirmatio ꝙ ea que ſic confirmatus fecit ꝙ̄diu tolleratur valēt. viij. q. iiij. nonne. ff. de off. pꝛeto. barbarius. Nobis autem hoc non placet ꝙ non tenet confirmatio ſine cauſe cognitione ſicut patet in decre. nihil eſt. quā pro ſe inducūt vbi dicitur ꝙ ſi confirmatio ſine cauſe examinatione fiat punitur cōfirmans ⁊ deponitur confirmatus. ex quo apparet ꝙ tenet cōfirmatio: ſed reuocatur/ſi male quis fuerit confirmat⁹ vt quia in foꝛma electionis vel in perſona electi fuit defectus ſicut inueſtiture ⁊ collationes quas ſine cauſe cognitione ſuperioꝛes faciunt tenent. Ad multa enim oꝛdinarij cum ex officio ſuo procedūt tenentur/que ſi omittāt tenet qđ faciunt. nā licet nō dēant quēquam ſine monitione ⁊ cā rōnabili excōmunicare. tenet tñ excōicatio ſi ſecus faciāt .ꝭ. de ſen. excō. ſacro. Itē licʒ oꝛdinandos ꝑus examinare dēant. xxiiij. di. qñ ep̄s. tñ valet oꝛdinatio ſi ſec⁹ fiat vt videm⁹ ꝗtidie ſine examiatione multos oꝛdinari. Et ē hoc verū ꝙ nō ꝓced. cāe cognitiōe tenet ꝯfirmatio nō ꝯtētioſa ſcʒ vtpote ſup qua nō eſt int̄ ꝑtes iudiciū oꝛdīatū: qꝛ ſi eēt/ tūc neceſſaria eēt cāe cognitio ⁊ ſine ea ꝯfirmatio nō teneret. C. ď iudi. iudices. C. qñ ⁊ qñ iudex. ea ꝗ. hoc aūt eſt certū ꝙ ſi idē eſt ꝗ eligit ⁊ ꝗ ꝯfirmat: ⁊ eodē iure vt ī eo ꝗ prouidet de aliq̄ no. ꝭ. eo. cū inter canonicos. tūc nō ē neceſſaria cāe cognitio qꝛ nec pōt eē cāe cognitio in ꝯfirmatione. Sed anq̄ꝫ ꝓuideat debet diligenter examinare ꝑſonā de ꝗ ꝓuidere dʒ .ꝭ. de ꝓben. graue. viij. q. vij. dilectiſſimi. Itē quero an qñ petitur confirmatio neceſſaria ſit citatio? Rñ. vt no. ꝭ. e. nihil eſt in ꝑn. Item ꝗro ſi electio eſt nulla vt i caſibus quos no. ꝭ. eo. conſiderauim⁹. an teneat eius cōfirmatio? ⁊ videtur ꝙ nō: qꝛ qđ nullū eſt ⁊c̄. ꝭ. eo. auditꝭ? Rñ. tenet confirmatio ꝙ̄tum ad hoc vt adminiſtrare poſſit confirmat⁹: ⁊ valeat qđ fecit nō vt ſit ꝑlatus: vt ſtatī dicā ſicut adoptionis ꝗ non valʒ tenet ꝯfirmatio ff. ď adop. l. adop. Et ſnie ꝗ nulla eſt valet confirmatio. ff. que ſen. ſine appella. reſcin. l. j. §. j. ſicut in tutoꝛibus datis ab his qui ius dandi non habēt. vt no. in ſumma. C. de confirmat. tutoꝛ. Alij dicunt ꝙ ſi electio eſt nulla de iure poſitiuo: ſed aliqua eſt de iure naturali de quibus iuribus ſtatim dicam tenet ei⁹ confirmatio. Si autem de iure naturali eſt nulla electio/eius confirmatio nō valet. Itē queri pōt de cōfirmatiōe cuius electio nō tenet an ſit ꝑlatus eccl̄ie ad quā fuit elect⁹ ⁊ ꝯfirmat⁹. ⁊ iuriſcōſultus interrogat⁹ de cōſimili ꝗſtione non rñdet: ſed dicit ꝙ ea ꝗ fecit valent vt in. l. pꝛealleg. barbarius. Nobis aūt videꝭ ꝙ ſiue electio nō teneat ſiue cōfirmatio non eſt ꝑlatus. lx. diſt. ꝑ totū. j. q. j. oꝛdiationes. dicunt tñ ꝙ ea que fecit tollerātur ꝓpter tuitionem vel rōnem ꝯfirmationis. ar. ꝭ. eo. tranſmiſſā. ⁊ no. .ꝭ. e. nihil ē. Nec obſtat ſi obijciaꝭ ſi nō eſt ꝑlat⁹ qūo agit ⁊ quō valebūt ꝗ fecit nam hoc contingit ex bono ⁊ equo propter cōmunem ignoꝛantiam/vel qꝛ poteſtatem adminiſtrationis recepit ex ꝯfirmatione. ⁊ inducūt ſimile: qꝛ ſi ſententieꝭ ſuper aliqua re ꝓ aliq̄ ꝙ ſit dñs: nō ꝓpter ħ fit ſua. vt. ff. de ꝯdi. ⁊ demō. l. iulianus. ⁊ tñ victoꝛ rē ipſam vēdicat publiciana. Nec obſtat ſibi exceptio ꝙ non ſit dñs. ff. de publi. ſunt ⁊ alie. §. ſi. ff. de iureiur. ſed ⁊ ſi. Alij dicunt ⁊ foꝛte bene ꝙ ſi electio eius fuit nulla de iure naturali. vt quia de conſenſu eoꝛum ad quos electio ſpectat aſſumptus non fuit: vtpote qꝛ fuit intruſus ꝗ licʒ cōfirmatus ſit nō eſt ꝟe ꝑlat⁹/⁊ ꝙ̄tū ad hoc vt nulla ſit confirmatio ⁊ etiā ꝙ̄tuʒ ad hoc vt nō valeant ꝗ fecit ⁊ dixit taliter cōfirmat⁹: ex quo cū ꝯſenſus eligētiū non interuenit ꝯfirmatio ⁊ etiā ſequētia fruſtranꭍ. vt i mr̄imonio dꭍ. xxvij. q. ij. ſufficiat. Si vero eius electio non fuit nulla de iure naturali: ſed fuit nulla de iure poſitiuo tm̄: vtpote qꝛ collatio vel cōis electio non interuenit. vt. ꝭ. eod. in geneſi. tunc confirmat⁹ per eū qui poteſtatem habuit confirmandi eſt ꝟe ꝑlatus [a] ⁊ ꝙ̄tum ad hoc tenet ei⁹ ꝯfirmatio vt valeant ꝙ̄tū ad hoc ꝗ dixit ⁊ fecit propꭍ virtutem confirmationis vt dixi. que virtus in intruſo tm̄ non pōt hoc operari: nec debʒ xvj. q. vij. ſi quis deinceps. Item querꭍ an pꝛelatus cuius electio nō fuit canonica cedere teneaꭍ: ⁊ niſi cedat an peccet? ⁊ vr̄ ꝙ cedere teneaꭍ. lxij. di. c. vl. vbi dꭍ ꝙ null⁹ non canonice electus oꝛdineꭍ: ⁊ ſi contra pꝛeſumptū fuit deponaꭍ oꝛdinans.

[a] Quid circa beneficia: lia dicēdum: vide gl. i ꝟbo e. hr. cn. ⁊ ibi io. and. arch. domi. pet. de anch. fran. et alios ſcribē. c. oꝛdinarij. de off. oꝛd. li. vj. io. an. in reg. j. de reg. iur. li. vj.

ꝛ ordinatus. Rñ. lȝ ex ꝑdictis poſſit rñ-
ſio colligi ꝙ canonica electio dr̄ large
ſtricte: ꝛ ſtrictiꝰ: large/ vbi oīa interueni-
unt/ ꝛ que ſunt de ſolemnitatibus que a
iure ꝑcipiūtur: ꝛ ſic loquit̄ .lxiij. diſt. c. j.
Stricte vero vbi ea que ſunt de ſolēni-
tatibꝰ omittuntur: vt quia facta eſt ali-
quo contempto: ſed alia omnia que ſunt
de ſubſtantia interuenirūt: puta ſine qui-
bus nulla eſt electio ꝛ etiam ea que ſunt
de forma. ͅ. eo. quia propter. Strictius
autem dicitur canonica que. ſ. ē ſm ius
naturale: quia nulla forma ſeruata eſt:
ſed tantum conſēſus electi ꝛ eligētium
interueniunt. Poteſt ergo dici ꝙ ſi ele-
ctio non fuit canonica ſm hanc vltimā
acceptionē: vt quia non eſt ſm ius na-
turale facta/ ꝛ prelatus ſic aſſumptus re
nunciare tenetur: quia maritus non eſt
ex quo cōis conſenſus eligentium ꝛ ele-
cti non interuenit. ͅ. de ſpō. cum locum
per hunc enim mutuum conſenſum ſpi-
rituale matrimoniū quod iter ē eccleſi-
am ꝛ prelatum initiatur. ͅ. de trāſla. quā
to. vnde ſi deeſt initium deeſt ꝛ initiatū
ſcilicet matrimonium ſpirituale. argu.
j. q. j. principatus. Sȝ nūquid hoc caſu
quādo conſenſus eligentium non inter-
uenit a pricipio ſequēs conſenſus pur-
gauit hoc vitium ita ꝙ ſic aſſumptus ce
dere non teneatur: ꝛ videtur ꝙ purget
argumen. ͅ. ꝙ met causa. perlatum. C. ꝙ
met. cauſa. l. ij. Melius videtur ꝙ ꝑ hoc
ſequēs vitium non purgatur: ꝛ ꝙ ſic aſ-
ſumptus cedere teneatur dūmodo do-
lus electi interuenit/ puta quia fuit itru-
ſus: talis enim executionem non habet.
xvj. q. viij. ſi quis. ꝛ. c. ſequē. ꝛ ideo cede
re tenetur. ͅ. de renunci. niſi cum pridē.
§. j. ꝛ ꝑterea deeſt ſolemnitas in iſtius in
greſſu que in bñficijs deſideratur. j. q. j.
ſi quis neq̄. ꝛ no. ſ̄. de reſcrip. ſuper lit-
teris. ͅ. de reſtit. ſpol. litteras. Si autē
electio non fuit canonica propter for-
mam vl̄ ſolemnitates omiſſas quas ius
poſitiuum precipit in electionibus ob-
ſeruari: fuit tamē ſm ius naturale cano
nica: tunc per talem electionem aſſum-
ptus nō tenetur dimittere bñficium ſic
acquiſitum. Sicut condemnatus iniu-
ſte ad reſtitutionem rei ſue quamuis de
iure ciuili ad reſtitutionē teneatur do-
minus tamē naturalis remanet vñ nō
peccat retinendo eandem rem/ ſiue aufe

ratur ſibi de facto ꝑ iudicē vl̄ dari pre-
cipiatur. argu. ff. ꝺ condi. inde. iul. Ius
enim poſitiuum de forma ſeruāda de ri-
gore introductum inuētum eſt propter
vitandum periculum eccleſiarum qꝺ in
currebat propter lites quas habebant:
quia certam formam in electionibus nō
habebāt que lites iam ceſſant poſtq̄ȝ ele
ctus iam conſecratus ē: ꝛ ſic ad ius na-
turale quod facile contingit. ff. ꝺ pactj.
ſi vnus. §. iterdicimus. Item dicimus
eodemmodo ꝙ renunciare non tenetur
ille qui cum eligeretur erat ſuſpēſus vl̄
excommunicatus: licȝ eius electio erat
nulla. ſ̄. de conſuet. cum dilectus. vl̄ al's
tali pctō eſſet obnoxius: propter quod
eius electio eēt caſſāda. lxvij. diſti. ſicut
. ͅ. de tēpo. ordi. q̄ſitū. propter hoc em̄ ce
dere nō tenetur niſi tēpore electiōis vl̄
ordinationis irregularitatē tacuiſſet vt
no. ͅ. de corpo. vici. c. penul. vl̄ niſi eſſet
tale peccatum qꝺ poſt pactam penitēti
am executionē officij ipediret: quia tūc
ceſſionē ſeu renunciationē dȝ offerre. ͅ.
de renun. niſi cū pridē. §. ꝑſone. nec mi-
reris ꝙ electio q̄ fuit nulla tractu tēpo-
ris conualeſcit: qꝛ nō ē nulla de iure na-
turali vt ſ̄. Item non ē hic ſolū tractus
tēporis immo ē addita cōfirmatio ꝛ cō
ſecratio ſecuta arg. in aut̄. de nuptijs. §.
qñ in ſi. C. de dona. donationē. C. ſi ma.
fac. ra. ha. l. penul. videtur tñ dñs inno.
ꝯtrium ſentire. ͅ. eo. cū dilectꝰ. vbi videt̄
dicere ꝙ non ē ꝑlatꝰ cuiꝰ electio nulla fu
it. Sȝ forte ibi ipſe intelligit nullam ex
defectu conſēſuū ſeu poteſtatis eligētiū
Itē qꝺ ibi dicit videtur poſtea corrige
re in additiōe vbi dicit ꝙ tȝ cōfirmatio
electiōis q̄ nulla ē. Itē qꝺ dicit. ͅ. de do
lo ꝛ contu. cū olim. ꝙ pōt agere de for-
ma nō ſeruata poſt conſecrationē nō ob
ſtat qꝛ licet poſſit agi: tñ pōt retinere cū
bona conſciētia ſit electus ſi poſtea pe-
nitētiam ꝛ abſolutionem obtineat ſicut
adulter pōt accuſari poſt pactam peni-
tētiam. ͅ. de tēpo. ordi. q̄ſitū. ꝛ ſicut fur
nō liberat̄ penitēs reſtituēdo rē furtiuā
ff. vi bo. rap. l. pen. Sȝ nūq̄d contra ꝑſo
nam excipiēs poſt cōfirmationē: ꝛ cū i-
q̄ſitione facta admittit̄? Rñ. ſi reſtat cō
ſecratio vl̄ ordinatio faciēda admittit̄
vt. ͅ. de accu. ſup his. ꝛ in autē. qūo opȝ
epiſcopos. §. ſi q̄s aūt. col. j. ꝛ hoc ideo
eſt quia tūc confirmatꝰ nondum plenū

tus habet ⁊ maxime admittitur hoc ca
ſu excipiẽs ſi excipiat de crimine quod
poſt pactam penitẽtiam executionẽ im
pedit: vt homicidium: ⁊ hoc propter pi-
culũ quod ẽ ſi talis conſecret̃ vl' ordine
tur ꝗ iam ordinatꝰ vl' conſecratꝰ cedere
tenet̃ .ꝭ. de renũcia. niſi .§. j. Verũtamen
ſi de crimine qđ poſt confirmationem
obijcit̃ fuit in cauſa confirmationis ob
iectũ ⁊ plenꝰ diſcuſſum vlterꝰ de ipſo
crimine excipi non poteſt. arg. .ꝭ. eo. cum
dilectꝰ. vbi de hoc no. xxx. q. ix. veniam.
ff. de popul. ac. l. iij. nam de facto eiuſdẽ
hominis ſepius ꝗri non dꝫ. ff. nau. cau.
ſta. l. licet .§. finali. In popularibus
enim actionibꝰ ⁊ accuſationibꝰ abſolu-
tio vl' ſentẽtia preiudicat omnibꝰ volẽ-
tibꝰ agere de eodẽ crimine: ⁊ hoc idẽ di
cimꝰ in inꝗſitionibꝰ ⁊ denũciationibꝰ
.ꝭ. de accu. de his. xxiij. q. iiij. ſi illic. ⁊. ff.
de ap. l. iiij. arg. contra .ꝭ. đ teſti. veniẽs.
⁊ hec ſũt vera ꝙ alijs volẽtibꝰ excipe ac
cuſare inꝗri denũciare preiudicet̃/niſi i
duobꝰ caſibꝰ/puta ſi ꝗs proſeꝗt̃ ſuam in
iuriam vl' ſuũ propriũ intereſſe ⁊ probet
ſe ignoraſſe quãdo primo agebat̃. ff. de
accu. ſi cui. ⁊ cum vult docere đ colluſio
ne prioris accuſatoris: vl' alio modo a-
gẽtis. ff. de preuari. l. iij. ff. đ iureiur. eũ
ꝗ .§. j. vñ cum huiuſmodi exceptiones ꝗ
contra confirmatũ opponũtur/ſunt ꝗ-
dam actiões arg. in aut. quo. op. epi .§.
ſi ꝗs aũt. ⁊ in aut. đ ſanct. epiſco .§. ſi ꝗs
aũt. Qđ circa hoc in accuſatione dixi-
mus in huiuſmodi exceptionibꝰ ẽ dicẽ-
dũ cũ de ſimilibꝰ idẽ iudiciũ ſit haben-
dum .ꝭ. de tranſlat. inter corporalia. pre-
dicta de exceptionibꝰ cõtra formã poſt
confirmationem cum cauſe cognitio-
ne factam admittẽdũ vl' non ad impe-
diẽdũ conſecrationẽ vl' ordinationẽ in
dubitanter ſũt ꝟa vbi contra ꝑſonam
ꝯfirmatã excipit ꝗ i cã ꝯfirmatiõis ꝓdi
cte non interuenit: ſꝫ ſi nõ iteruenit nun
ꝗd per exceptionem criminũ impediet
ordinationẽ/vl' confirmationẽ/ vl' con
ſecrationẽ: videt̃ ꝙ ſic cũ hoc habeat a
iuribꝰ ꝓdictis ſup his. ⁊ i aut. quomodo
op. epi. Item cũ ſicut in confirmatione
examinatio reꝗrit̃: ita in conſecratione
⁊ ordinatione: qꝛ nemini dꝫ cito manꝰ
imponi .ꝭ. eo. venerabilẽ: ⁊ cũ confirma-
tio/⁊ conſecratio/⁊ examinationes ea-
rũ ſeparatim fiant ꝑ proceſſũ in confir-
matione habitũ non ꝓiudicat̃ proceſſui
in conſecratione vl' ordinatione habẽ-
do: nec volẽtibꝰ procedere ſup eo. quia
de alia re agit̃: vt. ff. de excep. rei iudi. ſi
ꝗs ad exhibẽdũ. ⁊ arg. .ꝭ. de tranſla. licꝫ.
ad fi. Itẽ cum de crimine in conſecrati
one propoſito in confirmatione diſcuſ-
ſũ nõ fuerit ſup eo rei iudicate exceptio
non obſtabit. ff. de neg. geſt. ſi aũt. Alij
dicunt ⁊ forte bñ ꝙ valde durꝫ eẽt ⁊ ini-
quũ ꝙ ex quo quis in confirmatione in
terfuit ⁊ tẽpꝰ ⁊ facultatẽ habuit dicẽdi
in ꝑſonã electi ꝙ admittat̃ poſtea con-
tra eum: vt in. c. cũ in tua. ⁊ in ꝓdicta. l. ſi
cui. ibi doceat ſe ignoraſſe ⁊ ꝓcipue vt
videt̃ excipiẽs. in ꝓdicto caſu audiẽdꝰ
non eẽt ſi in cauſa confirmationis ter-
minum pemptorium habuit ad dandũ
articulos vl' ad dicẽdũ ꝗcꝗd vellet arg.
C. de inge. ma. diffamari. arg. .ꝭ. de prob.
licꝫ. Itẽ conſecratione ⁊ ordinatione ꝑ
obiectũ criminis ſublatis ſeu impedi-
tis confirmatio ſup qua iudicatũ ẽ tol-
leret̃ volẽti cõſecrationẽ ⁊ ordinationẽ
ĩpugnare obſtat rei iudi. exceptõ vt. ff. đ
excep. rei iudi. l. egi. nec aliter ad conſe-
crationẽ vl' ordinationẽ impugnandã
dꝫ ꝗs admitti niſi ius ꝑ ſentẽtiã confir-
mationis ꝗſitũ ſaluũ maneat: vt in ea. l.
egi. ⁊. arg. bonũ. ff. de ſeruit. ruſti. ꝓdi. l.
ſi mihi. qđ forte ẽ verũ: niſi iudex ex no-
ua cauſa excipiẽtẽ cõtra conſecrationẽ
vl' ordinationẽ vellet admittere .ꝭ. de of
fi. dele. inſinuãte. ff. đ iterrog. act. de eta-
te .§. ex cauſa. ſi vero poſt confirmatio-
nẽ conſecratio vl' ordinatio faciẽda nõ
reſtat vt qꝛ iam conſecratus ⁊ ordina-
tus ẽ/tũc exceptiones criminũ contra
eũ locũ non habẽt: ſꝫ ꝑ modũ accuſatio
nis denũciationis vl' inꝗſitionis tantũ
procedit̃ .ꝭ. de accu. ꝗlit̃. ⁊. c. inꝗſitionis.
ſi aũt confirmatio vl' conſecratio facta
non ẽ nec faciẽda reſtat: vt in archidia-
conatu ꝓpoſitura ⁊ alio bñficio collato
alicui de quo ẽ ſibi prouiſũ/vel cuiꝰ con
confirmationẽ hꝫ: tũc ſi confirmatio vl'
prouiſio ſeu collatio cũ cauſe cognitio-
ne facta ẽ non admittũt̃ exceptiões cõ-
tra ꝑſonam ſicut nec contra formam vt
no. ſ. eo. c. in pri. immo multominꝰ con-
tra ꝑſonam cũ ſint magis odioſe: ſi ꝟo
cõfirmatio ſiue ꝓuiſio ſine cauſe cogni
tione fctã ẽ diſtigue: aut agit̃ de bñficio
i iudicio poſſeſſorio puta de reſtitutiõe

ipſiꝰ faciẽda:⁊ tũc propt crimẽ obiectũ
in pſonã nõ impedit̃ reſtitutio: vt.ſ.de
reſti.ſpo.iter.⁊.ſ.d cã poſſeſ.⁊ ppꝛie.cũ
ſup.C.de dona.iter vi.⁊ vxo. ſi maritꝰ.
aut agit̃ de bñficio iudicio petitorio :⁊
tũc aut agẽs nõ pponit̃ de obiecto crie
publice diffamatꝰ:⁊ tñ obiectꝰ cris exe-
cutionẽ collationis ſeu puiſiõis nõ ipe
dit.ſ.de appel.ↄſtitutꝰ:⁊ .ſ.de accu.acce
dẽs.aut d obiecto crimie pponit̃ publi-
ce diffamatus.⁊ tunc diſtigue:aut agẽs
petit bñficiũ i cuiꝰ poſſeſſione iam fuit ⁊
tũc ſiue proponat̃ de obiecto crimie pu
blice diffamatꝰ ſiue nõ/collationis effe-
ctus p obiectũ cris minime impedit̃ vt
i iuribꝰ p̄all.cũ ſup.ſi maritꝰ. nec obſtat
decre.accedẽs. q̃ executionẽ collatiõis
ppt obiectũ criminis de quo q̃s dr̃ pu-
blice diffamatꝰ impedire videt̃: q̃ loq̃-
tur cũ q̃s petit bñficiũ cuiꝰ poſſeſſionẽ
nunq̃ e adeptus qui non dȝ habere tñ
fauorem ſicut ille q̃ poſſeſſionẽ iã habu-
it q̃ p ſupioris patiẽtiam ⁊ conſẽſum ap
probatus fuit vñ nõ dȝ vlteriꝰ reprobe-
ri.xxxij.q.v.horrẽdus ⁊.ſ. de his q̃ fi.a
maio.ptc.c.ex ore. ⁊ eſt verum q̄ iſtiꝰ qui
iam poſſeſſionem habuit nõ ĩpedit̃ intẽ-
tio:niſi opponat̃ ſibi crimẽ vl' exceptio
que ipſo facto priuationem inducit:ver
bi grã q̄ ſit hereticus vel ſni aliter depo
ſitꝰ vl' de crimie condemnatꝰ: nã tũc ex
ceptio hmõi ẽ admittẽda.ar.viij. diſt.q̃
iure.xxiij.q.vi.c.j.⁊.ij.ſ.de reſti.ſpol. ac
cepta. Alia vero crimina:puta periuriũ
adulterium/⁊ homicidium nõ inducũt
priuationem bñficij ipſo iure : ⁊ idco p
obiectum eorum agẽtis intẽtio non im
peditur in caſu pmiſſo: vñ excipiens ad
ea pbanda non debet admitti C.de pro
ba.ad probationem. Sed quid ſi excipi
atur contra agẽtem q̄ ↄxit mrimoniũ?
Rñ.cũ p hoc bñficio renũciare videt̃.ſ.
de cle.cõiug.c.j.⁊ ij.⁊.c.cũ decorem. vi-
det̃ q̄ hec exceptio admitti dȝ: vt.i.c.ac
cepta. Alij ↄ. aut ergo agit̃ de bñficio
cuiꝰ poſſeſ.agens nõdũ eſt adeptꝰ ⁊ tũc
ſi agẽs de obiecto crimie nõ pponit̃ pu
blice diffamatꝰ nõ ipedit̃ puiſionis ſeu
collatiõis effectꝰ vt i pdictis iuribꝰ cõſti
tutꝰ. accedẽs.⁊ eſt rõ q̃ cũ ↄſecratio vl'
ordinatio faciẽda nõ reſtat iſte plenum
ius hȝ:ita q̄ de his q̃ ↄſiſtunt in iure ni-
hil ſibi deeſt:ſȝ ſola poſſeſſio deeſt ei:ſed
ad tollendum plenum ius queſitum ex-
ceptio ſola nõ ſufficit cum neceſſaria ſit
adhuc accuſatio vl' denũciatio. Nã ne-
mo ſine accuſatore ab honore cadit. ff.
d mũc.⁊ ho.l.reſcripto.§.ſi q̃s accuſato
rem.ſ.de ordi.cogni.cum dilectꝰ. Si au
tem p collationẽ aut ↄfirmationem q̃s
plenũ ius nõ haberet:ſȝ tñ eẽt electꝰ vl'
peteret ſe recipi p lr̃as apoſtolicas tunc
bñ admittũt̃ exceptiões criminũ ↄ eũ.ſ.
eo.p inq̃ſitionem.ſcriptũ.⁊. c. ſtatuimꝰ.
Si v̄o agens proponit̃ de obiecto crie
publice diffamatꝰ/tũc aut excipiens ha
buit añ confirmationem vel puiſionem
ſeu collationẽ facultatẽ excipiendi/aut
nõ. Pꝛio caſu qñ excipiens facultatem
excipiendi añ collationem vel prouiſio
nem habuit: vt eo ſciente executor vel p
uiſor denũciauit añq̃ puideret ſe velle
tali puidere:tũc p obiectũ cris nõ ipe-
dit̃ collatiõis/ↄfirmatiõis/ſeu puiſiõis
effectꝰ:etiã ſi crimen obijciẽs accuſare
vel denũciare vellet: vt i p̄all.l. de accu.
⁊.c.cũ i tua. Sȝ effectu cõfirmatiõis/ p
uiſionis/ſeu collationis hito audit̃ cri
men obijciens i modũ exceptiõis/accu
ſationis/vel denũciatiõis.ſ.de app. cõ-
ſtitutꝰ. Si autem nõ habuit facultatem
excipiendi vt q̃ ignorauit cõfirmatio-
nẽ ⁊ collationem ſeu puiſionẽ vl' al's fu-
it legitie ipeditꝰ tũc ppt publicã infami
am admittet̃ excipiens/⁊ impedit̃ pui
ſiõis effectꝰ: vt.i.accedens: nec mirũ ſi p
pter infamiã executio vel effectꝰ puiſio
nis ipedit̃: nã q̃ poſſeſſionẽ iã obtinet ſu
ſpẽdit̃ ppt ifamiã.ij.q.v.pbr̃. Alij dicũt
⁊ forte bñ q̄ in hoc caſu qñ facultatẽ ex-
cipiendi nõ habuit: nõ audit̃ crimen in
modũ exceptiõis pponens:ſȝ in modũ
accuſatiõis vel denũciatiõis tñ vt i.c.
ↄſtitutꝰ.i fine.⁊ in pdi.l.ff.de accu.ſi de-
curio. Sȝ tũc ſi eſt de crie publice diffa-
matꝰ[a] ille cui fctã eſt collatio ipedit̃ col
lationis effectꝰ donec purget̃ vt in.d.c.
pbr̃.⁊.ſ.de pur. cano.int ſollicitudinẽ:⁊
ſic loq̃tur decre. accedẽs:ſi bñ iſpiciat̃:
verũtñ qd̃ priꝰ dixi fuatur: q̃ ex quo ex
cipiens dicit eũ cui fctã eſt collatio vel
puiſio de crie diffamatũ ⁊ excipiens fa
cultatem añ collationem vel puiſionem
nõ habuit bñ admittit̃ ad pbãdum ifa-
miã cris ⁊ ipm crimen:⁊ ſic itelligit̃ de-
cre.accedens a ↄtrio ſenſu/ ibi niſi pfatꝰ
o.⁊c. In hoc tñ iudex ſit cautꝰ i quo vi-
di plures errare q̄ pbationes infamie.

[a] Panor. h̄ per multa iura iſtam opinionem quã multi ſequuti ſunt reprobat per multa iura que p eum videas.

⁊ ipſius cris nō ſimľ admittat:ſʒ īfamie
prius de qua poſtq̄ ſibi conſtiterit per
rei euidentiam vel p̄ teſtes vel confeſſio
nem vel p̄ ſententiam tunc excipiens ſu
per probatione criminis poteſt admitti
q̄ ſi noluerit aut nequierit probare tunc
indicetur purgatio: vt in. c.accedens.
Si vero ipſum probauerit: tunc ille cui
facta eſt collatio ſeu prouiſio amouebi-
tur vel ei ſilentium imponetur iuxta for
mam libelli qui datus eſt ꝯtra eum: vel
quem ipſe dedit.ꝭ.de ſymo.lʒ.⁊ bñ dixi
q̄ ꝓbationes īfamie ⁊ cris ſimul admit
ti nō debent:qꝛ ſepe excipiens cōfinge-
ret infamiam ⁊ admitteretꝰ ſine accuſa-
tore ⁊ denunciatore ad probādum cri-
men de quo q̄s nō eſt diffamatus qđ eē
nō dʒ vt in.d.c.accedēs.⁊ ꝑdic.l.ſi decu
rio. Sʒ pone q̄ ille q̄ ab obiectu cris re-
pellitur ꝑpter quod prius copiā excipi
endi habuit ⁊ nō excepit/ vľ qꝛ de publi
ca infamia nihil ꝑponit ꝯ prouiſionem
appellauit: nunq̄d tunc admittetur ad
crimen ꝓbādum ⁊ impedietur collatio
nis effectus? Rñ. vt no.ꝭ.eo.ſtatuimus.
Item pone q̄ datꝰ eſt terminꝰ ꝑempto-
riꝰ ptibꝰ ad dādū oēs articulos: vel ad
ꝓbādū q̄cq̄d ptes vellent ꝑponere (ſi-
cut moris ⁊ iuris eſt).ꝭ.de i integ.reſt.corā.
⁊.ꝭ.de ꝓba.lʒ.⁊.C.de inge.ma. diffama-
ri.C.q̄ accu.nō poſſ.li ea.poſt hoc ps ex
cipit de crimine/ad quod ꝓbādum alˀs
admitteretꝰ:niſi terminꝰ ſibi obſtaret: ſʒ
vt ſibi nō obſtet ꝑponit hoc ad eiꝰ noti
ciā ꝑueniſſe de nouo quod ſe offert ꝑatū
iurare: q̄ro vtrū debeat admitti? vr̄ q̄
ſic.ꝭ.de excep.paſtoralis.ff.de noui ope.
nūcia.de pupillo.§.q̄ opus.⁊.ꝭ. de teſti-
bus ꝓhitiū. Rñ.nō dʒ admitti vt in iuri
bus allegatis:⁊ ſic obtinuit i cā ſiluans
teñ.⁊ eſt rō qꝛ ſp ptibus ꝓñtibꝰ aſſigna-
ta eſt q̄dā interlocutoria:vt. ff. de arbit.
qualē in ſi.vñ cum p cā ptibus ius que-
ratur nō dʒ niſi cū cāe cognitiōe q̄ſi per
quādā reſti.reuocari:vt in.d.c.corā. Sʒ
ad cria ꝑponēda reſtitutio denegaꝰ:vt
.ꝭ.dicā:nec ſubeſt cā rōnabilis reuocati
onis hmōi:imo ſubeſt cā q̄re nō reuoce
tur ne via criminibꝰ aperiatur:vt.ff. de
accu.ſi cui.in prici. Item cum curia ter
minū ꝑemptoriū vt cēt litiū finis adin-
uenerit:vt etiam voluūt iura ꝑdi. ſi poſt
ꝑemptoriū q̄s admitteretꝰ ad dādos no
uos articulos maxime crioſos: vix aut

nunq̄ aliq̄ cā finem haberet ⁊ malicijs
⁊ periurijs daretꝰ materia que foret po-
tius ſubtrahēda.ꝭ.de cohabi.cle. ⁊ mu.
clericos. Itē cū (vt ſupra dixi) nō admit
titur excipiens ſuper crimine niſi ſuper
quo contra aduerſarium publica labo-
rat infamia dicendo q̄ de nouo ad eum
peruenit oſtendit de hoc non eſſe publi
cam infamiam/ ⁊ ſic tāq̄ ſibi contrariꝰ
debet repelli.ꝭ.de appel. ſolicitudinem.
nec obſt.l.de pupillo.nec decretalis pre
ſens / qꝛ ibi nō fuit terminus perempto
rius aſſignatus partibus per iudicem.
Itē decre.paſtoralis.nō obſtat qꝛ non
de termino perēptorio ⁊ de exceptioni
bꝰ perēptorijs loquitur: ⁊ cū ſit ꝯ ratio
nem iuris introducta vt quis poſt per-
emptoriū admittaꝰ ⁊ q̄ iuramēto vniꝰ
in cā ſua ſtetur/ cū decretalis ipſa de di
latorijs ⁊ de termino peremptorio tātū
loquatur: ad cōſequētiā vt pote ad per
emptorias ⁊ ad terminū perēptorium
trahi non dʒ: vt.ff.de le.q̄ nō. ꝯtrū fctm
fuit i.c.ſuper electiōe. vbi poſt perēpto
rium admiſſa fuit exceptio criminalis
ne per ſurreptionē criminoſum i ꝑlatū
admittāt. Itē qđ dixi de exceptione fa
moſa poſt peremptoriū nō admittēda
idē dico de alijs ꝑpter ratiōes ꝑdi. di-
co tñ in nō famoſis q̄ excipiēs poſſit p
aliquas veriſimiles rōnes iudicē infor
mare que de nouo perueniſſit ad eum
⁊ bene dʒ ad ꝓbandū eas poſt perēpto
rium admitti ar.ff.de accu.ſi cui.§.idē.
ff.de minori.nō oēs.§.barbarius.ff. de
interr.acti.de etate.§.ex cā.exceptiōes
non famoſe non ſic de facili admittunꝰ
cum ſint odioſe ⁊ odia reſtringūtur.ff.
de liber.⁊ poſthu.quidam. Sed pone q̄
eccleſia que de beneficio litigat iure cō
muni per peremptorium eſt excluſa nū
quid debet reſtitui ad crimina propo-
nenda ⁊ probanda? videtur q̄ ſic. vt in
c.coram. intereſt enim eccleſie non ha-
bere ſocium criminoſum vñ ſi mīor dā
noſam ſocietatem coierit reſtituiꝰ.ff.de
mino.in cāe.§.j.ergo ⁊ ecclˀia q̄ fungiꝰ
iure minoris que ſilˀr dʒ reſtitui vt non
habeat ſocium criminoſum.ꝭ.de reſt. in
integr.c.j.⁊.c.auditis. Itē ⁊ abſenti cā
reipublice ſubueniꝰ vt accuſare poſſit ſi
per lapſum tp̄is ab accuſatione fuit ex-
cluſus: vt.ff.ex quibꝰ cau. maiores.l. ſi
qua militi. Rñ. q̄ non reſtituitur ecclˀia

necꝫ mioꝛ ad cria etiã ꝑ modũ excepti
onis proponẽda ⁊ ſic obtinuit: nã vt di
cit lex. ff. de mino. in executiõibus pena
rum reſtitutionis auxiliũ paratũ nõ eſt·
eſſet ei magne pene executio ꝯ eũ qui ꝓ
pter crimẽ etiã i modũ exceptiõis ꝓba
tũ a beneficio repelleret᷑ efficeretur iſa
mis ſaltẽ infamia facti ⁊ ieligibilis. C.
de digni. l. ij. l. l. xij. ⁊ .ſ. e. ſup eo. Nec ob.
decre. coram. qꝛ ibi reſtituitur ad priui-
legia exhibenda nõ ad cria proponẽda
qꝛ non proponendo ea nihil de ſuo ami
ſit/nec aliquid ſi ea propoſuiſſet fuiſſet
lucrata. In quibus tñ caſib⁹ reſtitutio
datur minori habet᷑. ff. de mino. non om
nia: ⁊ etiã maiori. ff. ex qb. cau. ma. l. ⁊ ſi
ne. ⁊ l. fi. Et propter hoc non apparet ꝙ
non obſtet ṗdic. lex in cauſe: qꝛ recipiẽ-
do in ſociũ iſtũ beneficiandũ nichil icõ
modi pecuniarii ſentit. de q̄ intereſſe iu-
ra curauerũt nõ aũt de publico intereẽ
de quo dicimus ꝙ reipublice intereſt ne
crimina remaneant ipunita vt apparet
in predi. l. auxiliũ. ⁊ l. non oĩa. Itẽ non
ob. l. ſi q̄ qꝛ ibi non dicitur ꝙ abſens cã
reipublice reſtituatur imo ipſo iure tp̄s
ad accuſandũ cum ſit vtile ſibi non cur
rit. ff. de adulte. ſi maritus. in ṗn. Itẽ cũ
dixerim ſuperius ꝙ obiectu cris proui
ſionis executio niſi in certis caſib⁹ non
differatur verũ eſt vbi confirmat᷑⁹ vel is
cui collatio vel ꝓuiſio fctã ẽ tm̃ petit bñ
ficium tanq̄ collatum ſeu collatiõis vl̕
ꝓuiſionis executionem ſeu in poſſeſſio
nem collati ſibi beneficij ſe induci q̄ pe-
titiones fere in idẽ recidunt de quibus
no. .ſ. de reſcript. capl̕m. §. itẽ quero de
illis. ⁊ §. ſi autem capl̕m. Sed quid ſi
petatur ꝓuiſionis ſeu collationis cõfir
matio ſeu bñficium de quo agitur decla
rari ad agẽtem ſpectare? Rñdeo: vide
tur ꝙ tunc ſit mos gerend⁹ aduerſario
vt ꝓponat ⁊ ꝓbet contra eũ cria ⁊ defe
ctus / ⁊ oĩa per q̄ ꝓuiſio ſeu collatio debꝫ
caſſari. ff. de ꝓb. circa. ⁊ no. .ſ. de reſcṗ.
mandatum. Alij dicunt ⁊ forte bñ ꝙ ſi-
ue petatur ꝓuiſionis ſeu collatiõis exe
cutio ſeu i poſſeſſio. inductio vl̕ ꝯfirma-
tio aut declaratio non refert q̄ ad exce-
ptiones ꝯ petitiões ipſas admittendas
vel nõ / lꝫ ſint vba diuerſa qꝛ ꝑ nullã ṗd.
petitionum agit᷑ vt ius ꝯſtituat᷑ in re ſꝫ
ius ꝑ ꝓuiſionẽ ſeu collationẽ cõſtitutũ
declaret᷑ vel executioni demandet᷑ aut
cõfirmet᷑ non ꝯfirmationẽ q̄ ius i re tri
buat ſed declaret nam ꝑ collationẽ ſeu
prouiſionẽ agens plenũ ius hꝫ ſicut ille
qui ſeparatim elect⁹ ⁊ ꝯfirmatus eſt: vñ
cũ ſit eadem rõ inter eos dꝫ eſſe ⁊ idem
ius quo ad exceptões ṗd. ff. ad. l. aquil.
illud. ſi eni peteret᷑ ꝯfirmatio ꝑ quã ius
cõſtituitur vt cũ petit᷑ electio ꝯfirmari
per quã ius adminiſtratiõis ⁊ ꝓlatiõis
tribuitur vt no. .ſ. eo. trãſmiſſã. ⁊ c. q̄lr.
tunc oẽs exceptiones ⁊ defenſiões per
q̄s infirmaretur debẽt admitti ⁊ ſic lo-
quit᷑. l. circa. ⁊ tres alie. ll. hic alleg. Itẽ
pone ꝙ tu cui facta eſt ꝓuiſio ſeu colla-
tio nõ agis ſed aduerſari⁹ puta eccl̕ia i
qua tibi fuit prouiſum vel ille cui idem
bñficium eſt collatũ petit rõne criminũ
collationẽ tuam caſſari vel caſſã ⁊ irritã
nunciari nũquid dꝫ admitti? Rñd. aut
fuit appellatum ꝯ prouiſionem tuã aut
non / ſi appellatũ nõ fuit non dꝫ admitti
ex q̄ plenum ius habes niſi ꝑ iuris tra-
mites hoc eſt per accuſationẽ vel denũ
ciationẽ vel inquiſitionem vt in ṗalle-
iuribus reſcripto ⁊ c. q̄lr. ⁊ inq̄ſitionis.
Sꝫ hic ꝑ nullum ṗdi modoꝝ agit᷑ quia
nõ occurrunt ea q̄ in ṗd. modis req̄run
tur de qbus no. i ṗd. c. qualr̕. Item per
modũ exceptiõis hic non agit᷑ cum hic
actio nõ ſit nõ hꝫ locũ exceptio q̄ actio-
ni opponitur vt. ff. de excep. l. ij. Si aũt
propter ꝓuiſionẽ ſeu collationẽ tuã ap-
pellatũ fuit tũc admitteret᷑ ꝯ te ṗdi. peti
tio ſuper his tñ dumtaxat criminib⁹ ex
quib⁹ extitit appellatum vt. .ſ. de appel.
conſtitutus. ⁊ no. plenius in. c. ſtatutm⁹
§. ſed nunquid appellans ⁊c̃. ex quo ple
num ius habes: ideo ſupra dixi quia ſi
plenum ius non haberes vt qꝛ eſſes ele
ctus / nec tua electio ꝯfirmata eſt / nec ꝓ
uiſio / nec collatio tibi facta fuiſſet. tunc
preter appellationẽ ⁊ preter modos ṗ-
dictos poſſet ꝯ te ad caſſationẽ electio
nis ratione cris excipi vel agi. vt not. .ſ.
eo. dudum. Item q̄ro de alijs exceptio
nibus q̄ lr̄as afficiunt puta bñficioꝝ
pluralitas vel alia ſubſcriptio an impe
diant prouiſiõis effectum? Rñ ſic. .ſ. de
ele. non reſi. conquerẽte. .ſ. de ṗbẽd. dile-
cto. ⁊ eſt ratio i iſtis: qꝛ qui auctoritate
lr̄arum pape ſibi aſſerit bñficium ẽe col
latum titulum habet ex reſcripto: vñ ſi
reſcriptum fuit vitioſum ex eo tanq̄
ex titulo vitioſo cum effectu non aget

.ꝭ. de conceſ. preben. cōſtitut⁹. ꝭ. de decl.
ex multiplici. ff. ꝑ empt. l. ij. §. q̄ pupil
lo. ⁊ no. ſ. de reſcrip. ſup lr̄is. in vltima
colūna. Obiectus vero criminū vel de
fectus alius nō afficit litterā ſed pſonā
vnde nō impedit collatiōis effectū niſi
de obiectis ſit publice infamatus illi ꝫ
quē obijciunt crimina vt. ſ. dixi. Item
in ſūma nota hic q̄ ſi iudex vehemēter
de malicia ꝫ excipiētē pſumat q̄ ex ꝑ
babilib⁹ cauſis ſeu ex veriſilib⁹ cōiectu
ris exceptiones veras eē nō credit: ali
quando pōt ⁊ debet facere vt excipiēs
ſe obliget ad certā penā ſoluendā adſ
uerſario ſi deficiat in probando. al's
eius exceptiones nō admittet vt. ꝭ. co.
cū dilectus. ꝭ. de reſti. ſpo. lr̄as. ꝭ. de ac
cu. ſup his. Aliqñ tamen tam violente
poſſunt eſſe preſumptiones cōtra exce
ptiones q̄ eis repulſis ꝓuiſionem ſeu
collationē executioni mandabit. C. de
fal. l. ij. ꝭ. de reſti i inte. ſuſcitata. ꝭ. de cō
ceſ. preben. poſt electionem. vbi iuxta
ſanū intellectū illius decretalis renū
ciatiōis exceptio q̄ al's erat legitima
propter pſumptiōes malicioſas fuit re
pulſa. Et hec repulſio pcipue locū hꝫ
contra exceptiones criminū vel defe
ctus: q̄ cum ſint odioſe magis in eis dꝫ
probatio reſtrigi. ff. de libe. ⁊ poſthu. q̄
dam. ¶ Nominate.] de nominatione
no. ſ. ti. proxi. c. bone me. mag. circa pn
cipiū. ¶ In cathedrali ecleſia] In q̄
loco dꝫ electio celebrari no. ſ. eo. bone
me. mag. circa prin. ¶ Principi] Que
ro vtꝝ poſſit h̄ ꝯſuetudie vel priuilegio
introduci q̄ ante electionē pncipis re
quirat aſſenſus? Rñ. poteſt et dꝫ mors
regi denūciari ⁊ ei⁹ ꝯſenſus reqri / ſi de
conſuetudine vel ꝓuilegio hoc rex ha
bet: vt rex legionen. caſtelle et ſcocie
et de hac cōſuetudine tāgit in canone
lxiij. diſt. cū longe. ſic de conſuetudine
ſeruatur in eccleſia Rauēnata que nō
eligit niſi prius papa requiſito: ⁊ ſi fiat
electio cōtra cōſuetudinē vel ꝓuilegiū
caſſabit. lxiij. diſt. perlectis. xviij. q. ij.
abbatē. non tamē pōt de conſuetudine
introduci q̄ conſenſus principis req
ratur ante electionē de certa pſona. ſ.
eo. cū terra Sed nūquid rex vel comes
vel archiepſ qui habēt cōſuetudinē ſi
bi vēdicat vt ante electionem aſſenſus
eius requiratur nūquid extra locū ſue
iuriſdictiōis dꝫ requiri / puta rex extra
ſuū regnuꝫ: comes extra ſuum coitatū
archiepſ extra ꝓuinciā ſuā? Rñ. Suf
ficit vicariū talis pſone reqri ⁊ ſic ob
tinuit in cauſa cāruarien. archiepi. ⁊ ca
nonicorꝫ roffen. ar. ad hoc. ꝭ. de inſti.
ex frequentibus Sed nunqd pōt intro
duci ex conſuetudine vt laici habeant
vocē i electiōe eccleſie collegiate? Rñ.
non vt. ꝭ. eo. maſſana. nam hoc ius i ec
cleſia collegiata nō cadit in laicū. ꝭ. eo
ſacroſctā. Cū ꝑ conſenſum eligentium
⁊ electi ſpūale vinculum inter electum
⁊ eligentes cōtrahatur. ſ. eo. cum inter
cano. laici ad hoc non ſunt habiles: ſed
preſentare ad aliquā eccleſiam non eſt
ius ſpūaliter ſed annexum ſpūali. ꝭ. de
iudi. q̄to. nec ꝑ pſentatione contrahit
aliquod ſpūale vinculū inter pñtātem
⁊ pñtatum ⁊ eccleſiā. ⁊ iō ius preſentan
di cadit in laicū. Sꝫ cōtra predicta eſt
lxiij. diſt. adrianus ⁊ c. ſeq. vbi a ſūmis
pontificibus conceſſum ꝓbatur impa
toribus ius eligendi? Rñ. q̄ illud facie
bant vice pape ⁊ nō ſua. Vel dic q̄ ꝑ eo
rum electionem nō contrahebat aliqd
vinculū inter eccleſiā et electum / ſed ꝑ
cōſecrationē tm̄ que ꝑ eccl'aſticas pſo
nas fiebat. Vel dic q̄ hoc fecerūt ap'li
ex plenitudie ptātis ſicut decimas ali
quib⁹ regibus conceſſerūt q̄ alius cō
cedere non poſſet Itē cōtra. ꝭ. de iure
patro. nobiſ. ibi de ſua iuriſdictōe. Rñ.
hec corrigit illā. Vel ſm vincētium ex
pone qd ibi dr̄ de iuriſdictione ſcꝫ in
dulta per priuilegium papale ex pleni
tudine ptātis. lxiij. diſ. i ſinodo. Sꝫ nū
quid illi qui ab imperatorib⁹ dignita
tes vel alia eccleſiaſtica beneficia obti
nebant: vel qui a Regibus hodie obti
nēt / puta a rege francie q̄ hoc habꝫ de
cōſuetudine[a] recipiebant: vel hodie re
cipiunt aliquod ſpirituale ius ꝑ inue
ſtituras ſeu collationes regum puta q̄
poſſint conferre eccleſias vel preben
das / vel clericos ordinare ⁊ huiuſmōi
Rñ. non: ſed recipiebāt ptātem a regi
bus inſtituti ⁊ hodie recipiunt a confir
matore ⁊ conſecratore vel alio eccl'ia
ſtico miniſtro non a regibus i quos po
teſtas hec dandi non cadit. Per inue
ſtituram autē laicorum poteſt inueſtit⁹
ab eis vaſſalagia recipere. ¶ Pericu
lo.] Nunqd ergo ſi abſentes nō poſſūt

[a] Et valet ta lis cōſuetudo io. de ana. frā ciſc. de aret. fe li. c. ſup his. ꝭ. de accuſa. vbi dicit innoc. q̄ ſi puncepo ꝑ bet electū ſibi ſuſpectū ita q̄ forte timet q̄ talis pan dat ſecreta re gni ex illa ſu ſpitiōe dꝫ ele ctio retractari ⁊ ipm ꝯmu niter ſequūt doc. ⁊ hoc iure vult vti rex Frācie i eẜa tibus limitro phis his di ctis adde no. in. c. cū terra. ſ. ⁊ hic ꝑ doc. ⁊ c. nobis. de iur. patr. ꝭ. e.

citari vel venire ſine periculo poſſunt ꝑ ſentes ſine ipſis ꝓcedere? R̄n̄. poſſunt et tamē vbi ſine periculo nō poſſunt ve nire citandi ſunt [a] al's videntur contē ni: qꝛ poſſunt procuratorē cōſtituere. ī. co. quia ꝓpter. Quid aūt iuris ſit quā do abſentes nolunt aut non poſſunt ad preſentes venire vl' p̄ñtes ad abſentes not. ſ̄. co. bone memo. ¶ Conſtiterit.] Quero cui ꝓbatio de citatiōe incūbat dic vt not. ſ̄. co. bone memo. ¶ Contē ptus.] Nunqd alius ꝙ̄ contempt⁹ po teſt electionem impugnare ratione cō temptus? R̄n̄. non: cū alterius nō inter ſit: ⁊ ſic ſeruamus. ar. ī. de accu. c. iiij. qd̄ eſt verum rōne cōtemptus/ alius tn̄ ꝙ̄ contempt⁹ bene poteſt dicere talis fuit contempt⁹. vn̄ vox eius debꝫ in caplo computari: ſed ea computata elect⁹ nō habet maiorem partem vt ī. co. in gene ſi. et ibi notant. Item quid ſi cōtempti mortui ſunt: ⁊ alij loco illorum ſubſtitu ti: nunquid ſucceſſores poſſunt contem ptum proſequi? R̄n̄. ſi ſunt tales ſucceſ ſores qui ſuccedant in onere ⁊ honore vt ſunt abbates ⁊ prepoſiti poſſunt pro ſequi ſuorum predeceſſorum cōtemptū quia tunc potius dicitur cōtempni di gnitas ꝙ̄ perſona. ī. de offi. ord. paſto ralis. Secus aūt in canonicis [b] qui nō dicunt ſuccedere i honore ⁊ onere: ſed caplm eis ſuccedit. ar. ī. de teſta. relatū. Item quid ſi lite pendēte ꝯtempt⁹ mo ritur? R̄n̄. perit accuſatio. vt. ff. ſi reus vel accu. mor. l. ſi. Itē queritur ſi publica to ſcrutinio ꝯtēpt⁹ veniat ⁊ petat ſcru tiniū de nouo fieri nunqd audiēd⁹ eſt? R̄n̄. ſic/ cū notoriū iure ſit/ ꝓceſſū ma le habitū. ſ̄. co. cū terra. Si autē ali⁹ ꝙ̄ contēpt⁹ hoc peteret nō deberet audi ri. ¶ Principaliter.] Quero vtrū [c] ce lebrātes ꝯficiāt corp⁹ xp̄i? R̄n̄. ꝯficiūt etiā ſi ꝑncipaliter celebrās ꝟba ad cō ficiēdū apta nō dixerit cū ibi ſit ꝑſona ad ꝯficiendū apta. ſ. ſacerdos ſm̄ cla ues eccl'ie ordinat⁹. ſ̄ de fide catho. fir miter. §. vna. ⁊ ſit ibi panis ⁊ vinū ⁊ ver ba cū intētiōe ꝓlata. Alij dicūt (qd̄ nō placet) q cū celebrātes interſunt ad ſo lemnitatem tm̄. Compoſt.

[a] Niſi eſſent icapaces iuris eligendi dñs: cus. c. ſi qũs iu ſto. ī. de elec. lib. vj.

[b] Idē vide ꝑ panos. c. nouū genus. ī. de deci. c. ex litteris. ī. de ꝓb. ⁊ ſel. bal. c. dudum. ij. ī. e. deniu. c. ſi duo. l p̄nc. de ꝓcura. li. vj. per. de anch. in reg. priui legiū. de reg. iur. li. vj.

[c] Hanc qōnē hic agitāt doc ſcribē. de ꝯſecratiōe eīt epoꝝ hēa. c. ſi archiepo. ⁊ c. nec epi. ī. de tēp. ord. ⁊ ibi io. an. antho. de bu. ⁊ card. ⁊ p inno. c. j. de ꝯſecra. per diſcurſū. diſt. lxiij. lxv. et lxvj. ⁊ ibi arch. ⁊ car. alex.

A

Uditis. ¶ Appellās] Quero quis poſſit proſeq̄ [d] appellationē ne decan⁹ ꝓcedat ad electio nē ſine cōſenſu maioris ꝑtis capl'i/ ⁊ di cunt qdā q tm̄ appellās qꝛ ſua intereſt ſuā appellationē ꝓſequi. ſ̄. co. cū inter R̄n̄. Alij dicunt q nō appellās: ſed tm̄ cp̄m pōt cām ꝓſeq̄ vel elect⁹: qꝛ eligēs eligēdo functus eſt officio ſuo: nec ſua ꝑncipaliter intereſt: nec hꝫ vlterius qd faciat. ar. ī. de officio dele. in lr̄is. Nec mireris ſi ali⁹ appellat ⁊ ali⁹ ꝓſequatur appellationē/ cū eīn eccl'ie ꝑncipaliter interſit ꝓſequi appellationē quam iſte nomie eccl'ie videt emittere ⁊ nō ſuo/ ſi cut quilibꝫ ꝓcurator emitteret eccl'ia ſolum eā exercere pōt. ſ. cp̄m vel maior pars. ar. C. de appel. ſi actor. tamē vt cp̄m poſſit noie eccl'ie exercere neceſſe eſt vt hēat eam ratā ī. decē dies a die q̄ fuit appellatū ꝯputandos. ar. ff. rem ra tam hrē l. penul. Item q i appellatiōe predicta dico idē eſt ſi qs appellet ne fi at electio: niſi canonica. ſ̄. co. cū nobis Secus aūt dicendū eſt vbi eligēs pro iure ſuo appellauit. puta ne procedatur eo excluſo: qꝛ tūc ipſe tm̄ pōt eam ꝓſeq̄ ⁊ ei renūciare. ar. ſ̄. c. ꝓxi. ī. de appel. co ſtitutus. th̄ in hmōi appellationib⁹ par ua vis eſt. nā ſine appellatione pōt cp̄m ⁊ quilibꝫ cui⁹ intereſt ꝯ electionē age re ⁊ excipe. vt not. ī. de accu. ſuper his. In hoc tn̄ valere pōt appellatio: qꝛ re uocat negociū ad ſuperiorē [e] vt not. ſ̄. co. conſiderauim⁹. ¶ Duximus irritā dum.] Quero de electione ꝑma. ſcꝫ. R. archidiaconi a decano ⁊ ſuis fctā ⁊ de electione ſcd̄a. ſ. R. ſubdiaconi a canto re ⁊ ſuis facta q̄re fuerūt caſſate. Itē q̄ ro de electione ſeu noiatione. S. archi chid. a cantore ꝑmo facta ⁊ ſuis q̄re pa pa eā nō cōfirmat vel caſſat? Et dicūt quidam q electio. R. archid. a decano ⁊ ſuis facta. ideo fuit caſſata: immo nul la: quia cōtra legitimam appellationē celebrata qd̄ nō eſt verū: quia appella tio precedēs licꝫ legitima nō facit ele ctionem ſequētem nullam. vt not. ſ̄. co. cōſiderauimus. dic ergo q electio. R. archid. fuit nulla qm̄ a minore parte ca pituli facta. vt ī. co. quia. nec cōſenſus poſtea habiti poterunt eam facere con ualeſcere. vt hic. ⁊ ī. co. eccl'ia veſtra. Electio vero. R. ſubdia. a cantore ⁊ ſu is facta fuit caſſata: quia facta fuit de cano ⁊ ſuis nō vocatis qui nōdum erāt priuati: ſed priuādi/ licꝫ eorum electio

[d] Dēs quorū intereſt poſſūt talem appellationem proſequi. c. ſi. ī. de elec. lib. vj. ⁊ ſcrib. ibi.

[e] De his appellationib⁹ ⁊ que ſolemnitas circa eas ſit obſeruanda: vide. c. vt circa. de elec. li. vj. ibi arch. io. an. domi. ⁊ alios ⁊ cle. cauſam. ⁊ cle. conſtitutionē ibi card. petr. de anch. imo. ⁊ alios.

nulla fuiſſet: ⁊ ideo erant vocandi ex q̄ electio ſecunda ex interuallo fiebat. de hoc ⁊ quādo electio facta poſt aliā valeat plene notaui. ſ̄. eo. cōſiderauim[a]. ⁊ ſm hoc expone hanc litteram poſt p̄mam electionem non caſſatam. i. ꝯtemptis electoribus prime electionis non caſſate. cum enim prima fuiſſet nulla ꝓpter maioris partis defectum non poterat impedire ſecūdam: etiam ſi ex interuallo ſecunda facta fuiſſet. Sed hoc ſecunde obfuit ꝙ electoribus prime electionis non vocatis/qui nondum erāt priuati ex interuallo facta fuit. Si autem ſecunda in eodem contextu facta fuiſſet: tunc nō fuiſſet neceſſe electores prime electionis vocari. vt hoc no. plene in dicto. c. conſiderauimus. ⁊ ſ̄. eo. dudum. Sic ergo verbum hoc irritandum in fine poſitum ponitur improꝑe q̄ntum ad electionē primam. R. archi. que irritata erat vt dixi. ⁊ proꝑe q̄ntum ad electionem ſcd̄am. R. ſubdiaconi q̄ irritanda erat per ꝯtemptum priorum electorum nō irrita: ſic al's idem v̄bum ponitur proprie ⁊ improprie. ff. de offi. proconſulis. l. ij. ſed dominus egidius dicit ꝙ ſecūda electio. R. ſubd. fuit nulla: ⁊ hoc ideo q: tunc non erat conceſſū ꝙ ſubd. eligeret. ſed poſtmodum ē conceſſum. ⁊. de eta. ⁊ quali. a multis. Et cū hoc bene concordat littera finalis huius capituli per papam correcta ibi cū eſſet ſubd. ⁊c. Ad aliud. ſ̄. queſitum de electione ⁊ noiatione. S. prepoſiti quā fecit p̄mo cantor. Rn̄. papa eam nō cōfirmat nec caſſat quia ipſe qui tm̄ nominatus erat nō electus de ſua electione nō ꝯtēdebat/ſ; tm̄ iter electos alios erat cōtētio. De noiatōe no. ſ̄. e. bo. me.

a Qd cōpo ſel. ibi eluci dare cōcedit hic tractāt la te io. an. bal. anth. de but. car. ⁊ panor.

In cauſis. Cōuenissent.] Nunquid ille cui datur poteſtas eligēdi pōt poſtulare[b]: Rn̄. poteſt vt hic. ⁊. ⁊. de renūc. poſt electionem. De hoc ⁊ de alijs ad poſtulationem ſpectantib⁹ hic no. p papā. not. ſ̄. ti. pri. c. j. ⁊ c. ſequē. Elegit.] Dunc ro vtrū potuerit a poſtulatione recedere: dic vt no. ſ̄. ti. pri. c. fi. Cū res.] Sed quare hoc dicit. Nam videt ꝙ re etiā nō exiſtēte integra poſſit reuocari mādatū. ⁊. de proc. ex inſinuatiōe. ff. de ꝯdi. cau. da. ⁊ cā n̄ ſecu. dedi. ⁊. l. ſi pecu

b Uide gl. l c. nullus. lxj. diſt. ⁊ ibi archi. ⁊ cardin. alex. glo. l. c. 13. viij. q. j. panor. poſt bal. ſ̄. c. bone. tertio nor. vbi p̄ ſcribēs ius eligēdi p̄ſcribit ⁊ ius poſtulādi ⁊ ad hoc multū vrget glo. in v̄bo p̄uare quā ibi

niā in p̄n. ff. locati. cū ī plures. §. māda. Item hic videm⁹ in ordinaria ptāte vt ordinarius ꝯmittens poſſit re nō integra reuocare mādatum. ff. de iudi. l. iudiciū. Sic ergo erat in capi. ꝙ in eligēdo ptātem h; ordinariā. vt. ſ̄. eo. c. j. licet ſecus ſit in eo q̄ delegatā hab; ptātem que re nō integra mādatum reuocare nō pōt. ⁊. de offi. deleg. venerabili. ⁊. c. in litteris. Sed ꝯ cōpellitur recipere eum q̄ a cōpromiſſarijs eſt elect⁹. ſ̄. eo. cām q̄. ⁊. eo. cū dilectus. ⁊. c. cū in veteri. Sol. vbi eſt purū mandatū bn̄ pōt mandator etiā re nō integra reuocare mādatum vt dicūt iura p̄d. ac in ꝯpromiſſarijs electionis dicim⁹ illud eē ſpāle[c] vt re nō integra nō poſſint mādatores reuocare mādatum vt hic. ⁊ pōt eē vna ratio: q: variatio in perſonis eccleſiaſticis reprobatur. maxīe circa ſpūalia. vt. ⁊. de iure pat. q̄d autē. ⁊. eo. publicato. Alia ratio pōt eſſe ꝙ in tranſlatione ptātis hmōi nō eſt purū mādatum: ſed quedā conceſſio ſeu donatio quam reuocari nō licet. inſti. de dona. ⁊ hoc ē verū: niſi ex cauſis certis. C. de donat. reuo. p totū. xvj. q. ij. viſis. xxxiij. q. ſi. c. j. C. de do. l. finali. verūtm̄ cū hmōi trāſlatio ptātis nō ſit ex toto donatio: ſ; ē mādatū q̄dāmō credim⁹ ꝙ re integra pn̄t oēs coiter reuocare mādatū vt h̄. ⁊ etiā vn⁹ ſolus canonic⁹ h̄ poſſet[d] etiā alijs ꝯdicentib⁹. nā cū nō poſſit ꝯpromiſſū a p̄ncipio ꝓcedere vno ſolo ꝯdicēte. vt no. ⁊. e. q: eadē rōne vno reuocāte tpe ꝯpetēti. S; ſm hoc q̄ro qn̄ in negocio electionis dicat res integra quo ad hoc ꝙ nō poſſit reuocari ptās: Rn̄. res dr̄ nō integra cū in negocio ꝯmiſſo quo ad ſubſtātialia ipſius negocij ī aliquo eſt ꝓceſſum. vbi gratia. Cū ꝯpromiſſarij ſeorſum ꝯueniſſent vnus dixit. mihi videt talis bonus: ⁊ alius rn̄dit ꝙ ſibi diſplicebat ⁊ hoc innuit hec littera que dicit ꝙ hoc modo fit res itegra. Sed ſi de ſolemnitatibus electionis aliquid fieret non minus eſſet res integra quo ad reuocationē ptātis vt puta ſi cātaſſent miſſam de ſpirituſctō: vel ēt ſi intraſſent capitulum ſed nihil de electione tractaſſent ar. ff. de ꝓcur. l. ante lit. ⁊. l. ſeq. vbi habet ꝙ res integra dr̄ quo ad reuocationē ꝓcurationis donec ad ſubſtantialia cauſe veniat puta

reputat pen. ſing. in eo ꝙ vult penalē conſtitutionē circa electiōes; extēdi ad poſtulationem.

c Ratio ſpālitatis poteſt alia aſſignari q: compromiſſarij ſuū honorem ꝓſequūtur: ideo reuocatio poſſet eē dedecori car. ⁊. e. c. q̄a propter.

d Panor. h̄ tenet ꝯtrarium q: cum facti ſunt compromiſſarij p totū capitulum iam videntur quaſi procuratores tot⁹ capi. ⁊ ideo p vnum non reuocarētur q: ex quo cōpromiſſū ſemel tenuit oport; in reuocatione cōcurrere maiorē partē arg. c. j. ⁊. de his q̄ fi. a maio. par. cap. ⁊ huic opinio. aſſentio.

ad litis cōteſta.l3 multa precedāt vt citationes declinatorie fori ⁊c̄. Alibi autē dicitur res integra quouſq3 mādatarij interſit .ff.de cōdi. cā da. ſi pecuniā.ſed hoc nō īpedit reuocationē dūmodo mandator intereſſe ſoluat vt di. l.ſi pecuniam Nam mandato reuocato durat aliqn̄ actio mandati ad intereſſe.ff.māda.interea.in principio et.l.ſi precedente. Sed quid ſi cōpromiſſarij elegerūt ⁊ elect⁹ noluit cōſentire nōne eſt res integra vt poſſet reuocari ptās videt̄ q̄ ſic ar.ꝭ.de offi.del.in l'ris. Contra credo q̄ non poſſit.ꝭ.de clericis nō reſidē.relatum.⁊ C. quo ⁊ qn̄. ſi p̄ſens ⁊ ar.hic. ⁊ preterea cū onus habuerint cōpromiſſarij aliquoꝝ odiū incurrēdo quoſdā nominando ⁊ quoſdā nō indignū eſſet eos iam honore ptātis p̄uari ar.ff.de iurciur.eū qui Itē quid ſi electus conſenſit ⁊ renunciauit nunquid ptās eſt reuocata vel pōt reuocari a capi.videt̄ q̄ ſic vt in d.c.in l'ris Alij contra per iura pred.relatū ⁊.l.ſi preſens.
¶ Cū res] Alij dixerunt in p̄nti queſtiōe de reuocatione ptātis diſtinguendo[a] vtrū capi. hāc ptātē tranſtulerit i cōpromiſſarios gratiā eis facere intendens aut nō intendēs eis grām facere ſed intendēs per eos ſimplr̄ negociū electionis expedire.p̄mo caſu non pōt capi.ēt re integra reuocare ptātē3 cum ſit q̄dam donatio q̄ reuocari nō poteſt niſi certis de cauſis vt in iuribus allegatis.i ſecūdo caſu locum h3 diſtictio quā ſupra feci:vt ſi eſt res integra poſſit reuocari:ſi nō eſt/nō poſſit.⁊ facit.ꝭ. de cōceſ.p̄ben.cōſtitutus. niſi hāc dn̄s ignorāter approbat.ff.de pac.cū fūdū. ſed qualiter ſcietur an capi. transferat ptātē volēs cōpromiſſario facere grā3 vel nō volēs? Rn̄.ex his que p̄ceſſerūt verbi grā venit ep̄s ad monaſteriū monialiū vacās petijt ab eis p grā vt darent ſibi ptātem p̄uidendi monaſterio ⁊ moniales conſenſerūt hanc eni ptātem ēt re integra reuocare capi.nō poteſt arg. dicte.l.cum fundum.ꝭ.de conceſſi.preben.cōſtitut⁹.vbi innuitur q̄ rata fuiſſet conceſſio ſi de re vacante facta fuiſſet. Et faciunt ēt ad hec iura ſuperius allegata.C.de re.do.cū ſuis ſimilib⁹.⁊ ſic pōt intelligi.ē.eo.cām que Et hn̄ facit ad hoc vbi ſolū papa mādat inquiri ſi ſorores tranſtulerunt in ep̄m ptātē ⁊ ſi hoc inuenit̄ mādat eas cōpelli vt eā quā ep̄s eis dederat recipiant nec dr̄ in dicto capi q̄ res non erat integra nec papa hoc mādat inqri. S3 quid ſi nō apparet ex precedētibus vel ſequētib⁹ q̄ fuit intētio capl'i vtrum in tranſlatione ptātis intendebat facere gratiam cōpromiſſario vel nō? Rn̄.itelligēdum ē q̄ itēdebat ſolū eccleſie ſue prouidere:q̄ enim grām allegat gratiā debet p̄bare[b]. Quid ſi vnus ex cōpromiſſarijs eſt excōicatus nunquid valebit coꝝ cōpromiſſio Rn̄. Si erat publice excōicatus non valebit.ꝭ.de procur. conſuluit.ꝭ.de re iudi.ad probandū.ē. de conſue.cū dilectus.ſi nō publice tūc ſi duo ſint cōpromiſſarij non valebit ſicut circa hoc videt̄ lex diſtinguere:nā ſi mandaui tibi vt tu emeres mihi ſeruū ⁊ tu emiſti viciosū ſi de certo mādaui p̄iudicatur mihi ſi de incerto tūc non videor mandaſſe niſi de bono ei nō preiudicatur. ff.de arbi pedius.§.j.et ꝭ.de re iu.duo in ſi.ſed quid ſi ſūt duo vel plures adhuc idē videt̄ q2 nō vt acceperūt ſententiā dixerūt vt in.l.pedi⁹ receperunt enim vt omnes dixerunt.ff. de arbi.item ſi C.de inter.ſi plures.ſ3 omnes non dixerūt q2 tertius excōicatus pro nullo habet̄ ſicut de ſeruo dicitur.ff.de regu.iur.qđ attinet. Alij ꝯtra hoc caſu qn̄ ſunt tres vel plures quia ex quo excōicat⁹ preſens eſt nihil obeſt eius excōicatio ſicut nec ſua contradictio ſi maior pars cōſentiret arg.de arbi.ſicut i.hoc aūt eſt certum q̄ ſi in donatione poteſtatis dictū fuiſſet q̄ oēs vel maior pars prouideret tūc nō obeſſet occulta excōicatio p̄tis minoris.ff. de arbi.ſed ſi ita. Quid ſi ꝯpromiſſarij ſcienter prouiderunt de indigno? Rn̄. non redit ptās ad capi ſed ſuperiorem q2 iſti vice capl'i fungunt̄ vt hic ⁊.ꝭ.eo. q2. Quid ſi ignorāter? Rn̄ remanet poteſtas penes cōpromiſſarios.nā ſi cap. ignorāter elegiſſet indignum nō amitteret poteſtatem.vt nota ē.eo.cum terra. nec ergo compromiſſarij amittunt cum iure capituli fungunt̄ vt dixi. nec poteſt capl'm dicere de iure ſe debere eligere hoc caſu.cum eni res non ſit integra nō pōt capl'm mādatum a ꝯpromiſſarijs reuocare.vt.ē. notaui.

[a] Uide hic notabilem diſtinctionē per io.an.antho. de but.cardi. ⁊ abba.⁊ no. ⁊ alleg. c.conſtitutus.ꝭ. de conceſ.p̄bē. vbi late.

[b] Quia gratia non preſumitur niſi p̄betur.c.ſi.ꝭ. de tranſla. p̄l. c.ſup hoc.ꝭ. de renunc. l.cum de indebito.ff.de proba.facit glo.i verbo p cauto.ff.ſi cer.pe ta.q̄ vult q̄ ſi dico alicui tolle hanc pecuniā videor in mutuū dediſſe non aūt donaſſe p l.nec ignorans C. de dona.⁊ an th.de hu.hic.

Cum eccl'ia vul-

terana. ❡ Eligēdi] Hic con
ſueuit queri ad quem ī cathe-
drali eccleſia ptinet collatio prebēdarū
⁊ canonicatuū[a]. Et ē dicēdum ꝙ in ele
ctionibus ⁊ bñficiorum collationibꝰ cō
ſuetudo ſpectatur vt hic.⁊.ſ.de his q̄ fi.
a p̄.ſine cō.ca.ca.ſ.de conceſ.p̄b.c.j.ſ.de
iur̄ pro.nob.ſ.d cā poſ.⁊.ppe. cū eccl'ia.
et.ſ.de vb.ſig.abbate. Sꝫ q̄d de iure cōt
ſi ꝯſuetudo nō ſit vl' nō pbat. Dicūt qui
dā ꝙ collatio ſeu inueſtitura ptinet ad
epm ⁊ capitulum ſimul: vt.ſ. de conceſ.
p̄bē.poſtulaſti Cum capitulo em̄ dꝫ epi
ſcopus eccleſie negocia expedire.ſ. de
his q̄ fi.a pre.ſine cōſē.c.nouit.⁊.c.quā-
to. Rñ. dicimus ꝙ ad epiſcopum ptinet
collatio.xvj.q.v.nullus.ſ.de inſti.ex fre
quentibus.⁊.c.ad decorē.hāc tamē col-
lationē ſeu prouiſionem dꝫ epiſcopꝰ de
conſenſu ſui capituli facere: al's non va-
leret vt.d.c.nouit.⁊.c.quāto.⁊ ſic intelli
gitur.c.poſtulaſti.⁊ ſimilia q̄ videnť di-
cere ꝙ ad epm ⁊ capitulum collatio pti-
net qꝛ epiſcopus dꝫ eam facere de con-
ſenſu ſui capituli. Quid aūt erit hoc ca-
ſu quādo epiſcopus dꝫ collationē face-
re de conſenſu ſui capituli / et confert
vni cum conſenſu quorumdam. alia
pars ꝯfert alij vel non cōſētit collatiōi
epiſcopi? Rñ. ſi epiſcopus confert cum
conſenſu maioris partis tenet collatio
Si aūt maiorem partem non habet epi
ſcopus: tunc non tenebit qđ fit p epiſco
pum qꝛ conſenſum capituli nō habꝫ ex
quo maiorem partē nō hꝫ.ſ.de his q̄ fi.a
maio.parte ca.cū in cunctis. Item nec
valet qđ fit p maiorē ptem capituli qm̄
ad epiſcopum ſpectat collatio: vt ſupra
dixi. Et hec vera ſunt niſi epiſcopus tā
q̄ꝫ canonicus ⁊ nō tanq̄ꝫ p̄latus intereſ-
ſet collationi ſeu electioni qđ q̄nq̄ꝫ con-
tingit: vt.ſ. de cōceſ. p̄ben. poſtulaſti. qꝛ
tunc valet collatio a maiori parte capi-
tuli facta: vt in.c.cum in cunctis. Sꝫ po
ne ꝙ ſunt in capitulo.xx.canonici ⁊ epi-
ſcopus cum decem confert: nunquid va
let collatio? videtur ꝙ ſic: qꝛ epiſcopus
⁊ capitulum ſunt vnum corpus: vt in.c.
nouit. ergo valebit qđ fit a maiori par-
te huius corporis ſicut in alijs corpori-
bus videť: vt in.c.cum in cunctis. ff. ad
municip.ꝙ maior.⁊ hoc idē poteſt obij
ci.ꝫ. vbi maior pars confert ſine epiſco-
po[b]. Rñ. nō valꝫ collatio epi qm̄ epiſco
pus cum conſenſu capituli debet cōfer-
re: ⁊ in caſu propoſito non habet conſē-
ſum capituli: vel cum capitulum non hꝫ
maiorem partem capituli nō hꝫ. Alij ꝫ.
Si em̄ epiſcopus electioni intereſſet vt
canonicus valeret ꝙ cum.x.faceret epi-
ſcopus. Rō diuerſitatis hec eſt qm̄ vbi
epiſcopus itereſt vt canonicus collatio
ptinet ad capitulum ⁊ epiſcopꝰ cum.x.
facit maiorem ptem capituli: ⁊ ſic valet
quod facit cū.x. vbi ꝟo epiſcopus inter
eſt vt p̄latus collatio ptinet ad epiſco-
pum ⁊ dꝫ eam facere cum conſenſu capi
tuli: ſꝫ vbi hꝫ decem ex viginti nō hꝫ cō-
ſenſum capituli: ⁊ ideo nō valet qđ p eū
fit cum decē. Quid ergo erit cum maior
pars capituli cum epiſcopo qui tāq̄ꝫ pre
latus intereſt non ꝯſentit? Rñ. poſt tem
pus legitimum deuoluiť ptās ad ſupio-
rem.ſ.de conceſ.p̄ben.nulla. Si ꝟo epi-
ſcopus vt canonicus intereſſet ⁊ maior
pars cum epiſcopo pro vno canonico
nominato non cōcordat deuoluitur po-
teſtas ad epiſcopum poſt tempus legiti
mū: vt in.c.poſtulaſti.⁊ in.c.nulla.⁊ hec
de collatione p̄bē. ſeu canonicatus. ad
quem aūt electio p̄lati in eccleſia colle-
giata pertineat no.ꝫ.eo.c.j.

Cum dilectus.

❡ Declarando] Sꝫ q̄d ſi pro
poſita exceptione defectꝰ eta-
tis vel natalium iudex ſup hoc non ſen-
tentiauit: ſꝫ electionē confirmauit nū-
quid ſi a ſnīa confirmationis non fuiſſꝫ
appellatū pōt poſtea agi ꝯ electum ſup
d̄fectu huiuſmodi? Rñ. Si plene diſcuſ
ſum ⁊ inquiſitum fuit de ipſo defectu: ⁊
iudex tulit ſnīam pro electo non obſtan
te defectu non poteſt poſtea de ipo defe
ctu contra electum agi: al's poteſt. ff. de
neg.ge.ſi nāūt.§.fi.⁊ not.ꝫ.eo.qđ ſicut.
❡ Reſerare] Quero p quem modum:
nā p modum exceptionis non videtur
ꝙ potuerint reſerare niſi ex pte electi cō
firmatio peterеť / cum exceptio ſit actio
nis excluſio? Rñ. p modum denūciatio
nis fuit proceſſum.ſ.de app.ꝯſtitutis.ſ.
de deſp.impub. ad diſſoluēdū. Poſſet
etiam dici ꝙ ſi cōfirmatio nō petatur.ſ.
tēpus legitimum de quo no.ꝫ.eo.cum ī
cunctis.pōt contra electū p modum ex-

a Ad quē i eccleſia cathedrali vel alijs ſpectet collatio tractant hic late anth.de but. io.and.card. ⁊ pa.⁊ alij tu etiam videas archi.c. a collatione de appellationibꝰ. domi.⁊ frāc. c.cū in eccleſijs de p̄bē.⁊.c.j. ne ſed.vac.li.vj.car.⁊ imo. clem.j.de ſup plē.negl.p̄la. cardi. alex.c.j.xxj.diſtic.⁊ c. hortamur. lxxj.diſtic. archi.⁊ glo. remiſſiue.c.omnes baſilice. xvj.q.vij.per anth. de but. c.cum ſatis.ſ.de offic. archi. panor.c. ſuper eo.ſ.de off.deleg.⁊.c. cū venerabilis.de relig. domi.gl.i ver bo ſpectat.c. ſciant cuncti. de elec.li.vj.

b Hanc q̄ſ nem p eadē verba formātē ſicut h̄ de ciſam. vide in glo. in ꝟbo aſſenſu.§. cum vero.c.j.ne ſe devac.li.vj.⁊ ibi de conſenſu ⁊ conſilio qualiter requiri debeant cōcedi expectari ⁊ ſeq̄ p pe. de ancha. do mi.⁊ fran.

exceptionis agi; ⁊ hec exceptio erit intẽtionis excluſio: electi enim intentio eſt vł eẽ debet vt cõfirmationem ⁊ conſecrationem petat. Item hec exceptio eſt quedam accuſatio vt no. i. c. ꝙ ſicut. vel dic ꝙ ꝑ officium pōt peti ab eo cuius officium intereſt vt caſſetur electio vt. ẜ. de reſcrip. mandatum ⁊ ꝭ. eo. dudũ. vbi de hoc niſi obſtet ꝯfirmatio vt no. ẜ. eo. ꝙ ſicut. ¶ A conditionibus] Sꝫ cuiuſmodi iuramentum eſt iſtud: non enim eſt de veritate dicenda cum de hoc non fuerit iuramentum. Item non eſt de calũnia cũ ſit ſpiritualis cauſa in qua de calumnia nõ iuratur ꝭ. de iura. calum. litteras. Et preterea iurans non ſeruauit formã iuramenti de calumnia que plura capitula continet de qua habes ꝭ. de iura. calum. c. i. ⁊. ij. ⁊ auctoritate ibi poſita in iſta. Rñ. dic ꝙ ad iuramentum de calũnia plus accedit ⁊ preſtatur etiã in cauſis ſpiritualibus per preſumptionem ꝗ eſt contra iurantem vt hic: ⁊ ꝭ. de reſti. ſpol. litteras ꝭ. de teſtibus. preſẽtium ꝭ. de excep. paſtoralis. immo plus facit ꝓſumptio ꝙ ille qui iurauit ſup tota cauſa iurat poſtea ſup exceptione in aut. de teſti. §. ſi vo. verũtñ qꝛ huiuſmodi iuramẽtum oĩa capitula iuramẽti de calumnia non continet (vt predixi) non ꝓprie de calumnia dr̃: ⁊ ideo vocatur a pluribus de malicia[a]. ſ. vitanda. De iuramẽto autem calumnie ⁊ de ꝟitate dicẽda qñ locum habeãt ⁊ de q̃ſtionibus q̃ ex eis oriuntur. no. ꝭ. de iura. calum. per totum. ⁊ de teſti. ad hec. ¶ Iudicant] Sed nunquid per hanc ſentẽtiam ſit ꝓiudicium alijs volẽtibus de eodẽ defectu excipere? dic ꝙ ſic qꝺ obtinet in accuſationibus/ denũciatiõib⁹/ iq̃ſitionib⁹/ exceptiõib⁹ qꝺ tñ itelligas vt no. ẜ. eo. qꝺ ſicut. vbi de hoc: qualiter aũ cõfirmationẽ/ ⁊ qualiter poſt poſſit excipi/ ⁊ de effectu cõfirmationis plene notaꝛ i decre. ſtatuim⁹. Sꝫ nũq̃d interlocutoria trãſit in rẽ iudicatã[b] ita videꝛ hic ⁊ ꝭ. de teſti. ſignificauerũt? Rñ. dic vt no. ꝭ. de re iudi. qꝺ ad cõſultationẽ. ¶ De gremio eccłie] Sꝫ quare aduerſario electi incũbit probatio ſup hac adiectione ꝙ illud de gremio eccleſie ⁊c̃. vt inuit ꝭ. ibi alioqui ⁊c̃. Rñ. ꝙ cũ de tranſlatione nõ reuocabãꝛ in dubium qui adiectionem vł modum circa tranſlationẽ allegabat eã dꝫ ꝓbare[c] ſicut archiep̃o ꝯſtenti conceſſionẽ cuſtodie eccłiaꝝ vacantium probatio icumbit ꝙ cõceſſio fuit ꝑſonalis ꝭ. de inſti. cum veniſſent. ff. de pactis. ſi pactũ. xxxj. q. ij. lotari⁹ ꝭ. eo. dicẽdũ. Pone ꝙ conſtitit ꝑ teſtes in iudicio vel per confeſſionem ꝙ ſaltẽ a ſñia cõtra ſe lata appellauit. Quero vtrum hoc galtero ſufficiat vt per hoc intelligatur probatum ꝙ ꝭ. decendium appellauit: ⁊ videtur ꝙ ſic qꝛ legitime intelligitur appellaſſe ex quo appellatio probatur. ar. C. de contrahen. ſtip. l. j. Itẽ qꝛ ꝟba cum effectu ſunt accipienda ꝭ. de cleri. non reſiden. relatum. Rñ. non ſufficit hec probatio niſi probet infra tempus legitimum appellatum ꝭ. de teſti. ſignificauerunt. ⁊ ſic obtinuit. Qui enim ſolemnitatẽ ſubſtantialem allegat eam probare dꝫ. ff. de publiciana. q̃cũq; §. qui a pupillo.

Cum i iure. Hic diſtingue duas queſtiões primo queritur cum datur ptãs eligẽdi ſeu ꝓuidendi aliquibus an poſſint de vno ex ipſis[d] prouidere. Secũdo q̃ro ſi quidã ex compromiſſarijs eligunt vnum ex ſe ipſis ⁊ habet maiorem ꝑtem ſe computato / ſe aũt non cõputato non habet maiorem partem an valeat electio: ꝟbi gratia. cum eſſent ſeptem electores vnus de ſeptem fuit a tribus electus vel ex trib⁹ electoribus fuit vnus ex tribus ab vno electus. Ad primam q̃ſtionẽ breuis eſt rñſio ꝙ ⁊ ſi ꝯpromiſſo non dicatur ꝙ ex ſe eligant bñ poſſunt vnum ex ſe eligere dũmõ a maiori ⁊ ſaniori ꝑte eligaꝛ ⁊ ſic ſeruam⁹ ar. viij. q. j. in ſcripturiſ. ff. de tuto. ⁊ cura. ad ſũt: ſꝫ cõtra ꝭ. de ſortile. c. fi. ibi ꝙ exꝑſſe licebat ⁊c̃. Rñ. ꝙ tacite eis licebat ſi hoc dictũ non eẽt ꝙ ex ſe eligerẽt. Ad ſecũdũ rñdeo: aut in forma fuit exꝑſſũ ꝙ ex ſe vel alijs ꝓuiderẽt: aut nõ ſi ſimpliciter eis fuit mãdatũ ꝙ ꝓuiderẽt eccłie ſeu ꝙ de illo ꝓuiderẽt i quem omnes vel maior ꝑs conſentirent ꝙ idẽ ẽ ac ſi ſimpliciter mãdaſſẽt ꝙ ꝓuiderẽt vt. ff. de arbi. ſi in tres. ⁊. l ſeq. ⁊ dicẽdũ ẽ ſi hoc nõ fuit exꝑſſum non valet ꝓuiſio niſi fuit a maiori parte nõ cõputato electo ꝭ. eo. cumana. ⁊ hoc ideo qꝛ nec ꝺ iure valet. Nã iſti ꝯpromiſſarij vice capituli fũgunꝛ. ẜ. eo. in cauſis. vñ a maiori ꝑte ipſorum dꝫ fieri electio ſeu ꝓuiſio

a Iſtud iuramentũ de malicia quotienſcunq; iudici placuerit exigit iudex licꝫ iuratũ ſit de cal. vel de veritate dicẽda. c. ij. §. in omnibus. de iura. ca. li. vj. dicas etiã qꝺ hodie i cauſis ſpũali iurat de cal. c. j. §. fina. eo. titul.

b An ſñia interlocutoria trãſeat i rem iudicatã vide panor. c. qꝺ ad cõſultatio nẽ. ꝭ. de re iu di. phil. frãc. panor. cardi. alex. ⁊ deci. poſt alios ⁊ gl. ibidẽ. c. cũ

ceſſante. ꝭ. de appel. inn. c. ſolicitudinẽ. de appel. do mi. phi. frãc. c. fi. de app. li. vj. felt. c. q̃liter ⁊ qñ. j. ꝭ. de accu.

c Iſti dicebant compromiſſũ factuꝫ ſub modo ⁊ recipitur eoꝝ depoſitio iquãtum dicit cõpromiſſũ nõ aũt i eo ꝙ dicũt ſub certo modo ſꝫ illꝺ debẽt ꝓbare ⁊ ſic admittitur depoſitio ꝓ parte ⁊ pro parte non qꝺ qũo procedat vide car. ẜ. de poſt. ꝓla. c. bone. ij. in ꝯtrio ⁊ eũdẽ. c. cũ voluiſſẽt ꝭ. de inſtit.

d Doct. hic hoc tractant ⁊ io. an. i mercurialibus reg. in toto. de reg. iu. ⁊ phi. frã. in. d. reg. latiſſime io. de ana. c. fi. de ſorti. ꝭ. ⁊ faciunt q̃ not. fũt ꝑ archid. do. ⁊ car. alexã. l. c. q̃ eꝑatũ. viij. q. j. cũ querũt cũ gl. aliqũ poſſit ſe colligere ⁊ al legãt iſtã tex tũ. ⁊ doc. alle. in reg. l toto tractant ẽt qꝺ hic ſeqꝛ vi deas ẽt q̃ no. io. an. c. ꝑ veſtras. ⁊ pan. c. cõſuluit. ꝭ. de iur. patr.

ſicut ē quando a caplo fit: al's non valet ·ī·co. quia propter. ⁊ hoc idem ē in alijs cōpromiſſarijs: vt. d. l. ſi in tres. ⁊ l. ſeq. Iſte autē ſic electus maiorē partem nō habuit ſi tres ex ſeptē ipſum elegerunt / vl' vnus ex tribus nec vox quarti aliqd adijcit cum ſeipſum [a] non poſſit eligere ·ī· de inſti. c. ſi. cum ſimilibus: nec obſtat ff. qd cuiuſqꝫ vni. planum. per quā quidā dicere volunt q vox propria nominato pſtat ſuffragium: qꝛ. d. l. hoc non dicit: ſꝫ dicit q in duabus partibus ↄnumerat nomiatus: tñ qro an in nomiatione ſint due partes vniuerſitatis pñtes. Itē nec ex forma ↄpromiſſi pōt defēdi dicta electio cum nihil in compromiſſo ſpecialiter ſit adiectum. ſi autem in forma compromiſſi fuit adiectum q ex ſe vel ex alijs vl' ex ſe ſolum prouideretur tunc valet electio ſi maior pars computato electo prouidit: lꝫ eo non ↄputato non eēt maior ps vt hic probatur / ⁊ ibi pcipue iuxta compromiſſi tenorem ⁊c. Sꝫ contra hoc eſt quia hec electio non eſt a maiori parte facta vt. ſ. in alio caſu dixi. Rñ. Fateor q non eſt electus a maiori parte numero cum electus nequeat iter eligētes numerari / vt. ſ. dixi. verūtñ qꝛ capitulum dixit q ex ſe vel ex alijs prouiderēt ius preſumpſit hanc fuiſſe capituli voluntatem q ſi tot eligerēt vnum ex ſe qui cū electo faceret ptē maiorē q eū reciperent: ⁊ de hac pſūptione factū ē hoc ius: nec dico ꝑpt hoc q elect' inter electores ↄputatur vt ſit de electoribus vnus: ſed connumeratur ſic q ipſe cum electoribus ſuis faciat maiorem partē nec mireris ſi forma compromiſſi hoc facit q electio facta a tribus ex ſeptē valeat. Nam ſi dixiſſet capitulum q ſi vn' de ſeptem eligeret de ipſis alijs ſeptem eligentibus alium extraneum q valeret electio vnius qui de ſeipſis eligeret vnū ex ſe cum compromiſſum ſit diligenter ſeruādum. ff. de arbitris. ſi cum dies. §. planum. vnde cum in hoc caſu facit voluntas expreſſa capituli faciet tacita in hoc caſu vt valeat electio facta a tribus ex ſeptem vel duobus ex quinqꝫ: ⁊ ſic in ſimilibus cum videatur capitulum hoc voluiſſe propter verba ex ſe vel ex alijs. Sed obijcitur aut hic electus a tribus ex ſeptem conſentit electioni de ſe facte / ⁊ hoc non valet cum in eum maior pars nō cōſentit: ſicut forma cōpromiſſi requirebat aut faciēde. ⁊ hoc viciaret electionē. vt. ī. co. cū poſt petitā. Rñ. dic q hec cōſentit electiōi de ſe facte: qꝛ poſt electionē de ſe factā requiretur ei' aſſenſus / ſicut extranei cuiuſdā. Si etiā ante electionē iterrogetur ei' volūtas non eſt malū / vt notatur. d. c. cū poſt petitā. Et bene itelligitur ſm formā compromiſſi i eū cōſentire maior ps: ex quo tres cōſentiūt in vnū ex ſe: que lꝫ nō ſit maior numero qꝛ tñ eſt equalis et eſt ſanior: qꝛ eligit vnū ex ſeipſis. Et ſic electo cōſentiēte maior pars ex vij. ſtat ex vna parte licet electus ſeipſum non eligat vt predixi / ſatis videt a maiori pte electus. Alij dicūt q electi cōſenſus auget numerū / nō ſolū ſi procedatur ꝑ viā cōpromiſſi. ſed etiam ſi ꝑ ſcrutiniū. Alij dicunt q tunc tantū auget numerū cū ꝑ cōpromiſſum proceditur. ſed nos dicimus q in neutro caſu auget electus numerum: vt ſit electus ⁊ elector: vt dixi. Sed ꝑpter hoc tene vt. ſ. dixi. ⁊ ſic ſeruamus: ſꝫ propter hoc no. q ſi quiqꝫ canonicis ſit data poteſtas ꝑuidendi vel pluribus: vel paucioribus ſub ea forma q niſi oēs cōſētiāt q nō valeat electio vel prouiſio q nullum ex ſe pñt eligere. al's ſequeretur q quilꝫ ſeipm eligeret / q non poſſet vt dixi / ⁊ ſic obtinuit hoc caſu de facto: ſꝫ quid ſi iſte electus qui eſt de nūero electorū conſentit in aliū. nūquid poteſt poſt ea mutare cōſenſum et in ſe ſeu electioni cōſentire: ar. q nō. ſ. co. cū inter. ff. de reg. iu. nemo. Rñ. ſi electio eius debeat preferri electioni alterius: vt quia maior pars conſentit in eū poteſt ipſe non dico mutare conſenſum ſed electioni de ſe facte conſentire. ſicut publicatis votis minor pars que aliquem in ſcrutinio nominauit poteſt ab eo recedere ⁊ conſentire in eum quē nominauit maior pars: vt no. ī. eodem. publicato. Si vero electio alterius deberet ſuccumbere: tunc ipſe non debet a conſenſu alterius recedere electioni de ſe facte conſentiendo vel alio modo et precipue ſi permutationem conſenſus iſtius ius alterius diminueretur: puta quia ſubducto eo remaneret pars minor alteri qui ante ſubductionem maiorem partem habebat arg. iurium pre di. ⁊. ſ. titulo proximo. bone memorie.

[a] Anrn' ſolus hñs ptātem eligendi poſſit ſeipſū eligere vide ꝑ rodof. l. q. ſab. incipiēte Rogeri' glo. in ſuo apeut c. q eparum. viij. q. j. card. alex. c. in ſcripturis. c. cā ⁊ q. ⁊ vide q pau. de leaz. cle. j. de elec. dicebat q ſi epidimia abſtuliſſet abbatem ⁊ monachos pter vnū ſi ille velle' eē abbas; dꝫ vices ſuas committere alicui q eū poteſt eligere.

lxxx. diſti. ſi duo. Quero ſi ſimplr̃ ẽ da-ta ptãs tribus nunquid valet electio a duobus facta? Rñ. valet dũmõ tertius pñs ſit: lȝ ab eis diſſentiat ſicut in alijs arbitris. ff. de arbit. l. ſi in tres. ⁊ l. ſeq. ⁊ hoc obtinuit. Nã ⁊ iſti funguntur vice capituli. ſ. co. in cauſis. Alij autem comparantes eos pluribus procuratoribus ſimpliciter datis dicunt contra. ſed primum verius ẽ. Compoſt.

Venerabilẽ.

¶ [Coronamus] Ergo in coronatiõe[a] ⁊ inunctione cũ ibi ſit q̃dam manus impoſitio deſideratur p̃cedens inquiſitio vt hic: ſicut ⁊ in confirmatione vt. ſ. eo. cum nobis: ⁊ no. ſ. ti. proxi. c. j. ibi niſi ex priuilegio ſecus obtineat vt no. ſ. de conſue. cum venerabilis. Item ⁊ in conſecratione. Quero vtrum in datiõe pallij ſit neceſſaria inquiſitio ſeu examinatio. Rñ. non. nec p obiectum alicuius criminis impeditur: q2 conſequitur ad priora. ſ. de appel. paſtoralis. Item ⁊ q2 non eſt ibi manus impoſitio. Sȝ nunq̃d in bñdictione abbatum ẽ neceſſaria inquiſitio vl' examinatio? Rñ. credim⁹ q ſic[b] cum fiat ibi manus impoſitio: ⁊ ibi ordinãdi ptãtẽ accipiat. ſ. de accu. meminimus. xix. diſt. qm̃. ⁊. ſ. de ſupplẽ. neg. pla. c. i. ⁊. ſ. de etat. ⁊ qualita. cum contingat. ¶ [Denũciatoris] Sȝ nunquid hec denunciatio ducẽ tangebat: ergo vocãd⁹ erat. ſ. de malo. ⁊ obe. c. fi.? Rñ. denunciabat hic q2 inſinuabat principibus ⁊ alijs fidelibus quos videbat vicinos p̃cipitare. ſ. ad iuuandum philippum ducẽ ad impium obtinẽdũ: ne ipſum iuuarẽt cũ eſſet criminoſus ⁊ tãta dignitate idign⁹. xxv. q. v. anima. ⁊ ꝯſulebat illis q̃ iuuabãt q ab eo recederẽt vel in eo q Philippum malum dicebat exercebat denũciationis[c] officium: q2 publice peccauerat: ⁊ ideo publice arguebat eũ. xlj. diſt. ſed illud. Si aũt ordinaria denunciatione proceſſiſſet legatus de qua habes. ſ. de iudi. nouit. ſ. de teſti. in omni. ſ. de accuſatio. ſuper his. tunc neceſſe eſſet Philippum vocari etiam ſi peccatum eſſet notorium cum in notorijs ſit neceſſaria citatio[d]. ſ. de iureiur. ad noſtram. ¶ [Excommunicatus] Sȝ nunquid propter hoc quis probatur excommunicatus q abſolutionẽ petit/ ita videtur hic? Rñ. non probatur[e] propt̃ hoc nã ſepius q̃s non excõicat⁹ abſolutionẽ petit ad cautelã. ſ. de appel. ad p̃ñtiã. ſ. de ſentẽ. excõ. p tuas. ⁊. c. ſolet. ⁊ p̃t rñderi huic lr̃e dũ p nũcium ⁊c̃. q hec dictio dũ nõ dicit cãm: q2 recognouit: ſupponit eñ q recognouit q petijt. In eo tñ q petijt videt̃ habere malã ꝯſciẽtiã niſi petijſſet ad cautelã: q2 hic non dr̃ q ad cautelã petijſſet. ¶ [Venire] Sȝ nũq̃d' ex quo iuramẽtũ erat illicitũ auctoritate ſua poterat ꝯuenire. ff. de ꝯdi. inſt. l. q̃ ſub ꝯditiõe. §. fi. ff. de leg. iij. fideicõmiſſa. §. ſi q̃s. Circa hec dicas q ſi iuramentũ nõ poterat ſeruari ſine interitu ſalutis eterne: vt ſi iurauit ſãctimonialẽ corrũpere vl' patrẽ iugulare vl' ſimile dȝ propria volũtate ꝯuenire lȝ debeat penitere de illicito iuramẽto. xxij. q. iiij. c. j. ⁊. ij. ſi vero poſſet ſeruare ſine interitu ſalutis eterne: ſȝ al's ẽ temerariũ ⁊ pniciosũ exẽplo ⁊ piculoſum q̃le hoc erat non dȝ ꝯuenire ſine ſupioris auctoritate vt hic dr̃ ⁊. ſ. de iureiu. ſi vero. ⁊. c. cum q̃dã. §. fi. ⁊ idẽ ſi dubitet̃: vñ etiam põt dici q hic rõne dubij debuit req̃ri ſupior: q2 cũ i hoc iuramẽto vel pacto de futura ſucceſſione volũtas viuẽtis de cui⁹ ĩpio agebat̃ acceſſerat dubitari poterat an valeat. C. de pac. l. fi. lȝ. l. illa loq̃t̃ i hr̃ditate de futura ſucceſſione q̃ in ipſo locũ nõ hȝ. Si autẽ temerariũ tm̃ eẽt ⁊ non pnicioſum exẽplo: nec piculoſũ tunc ſuari dȝ. ſ. de iureiu. debitores. ⁊. c. ſi vero. xxij. q. iiij. in nocẽs. in fi. niſi eẽt dolo vl' metu extortũ: q2 tũc talia iuramẽta abſoluũt̃. ſ. de iureiur. ad noſtram. ⁊ no. ſ. q me. cã. ad aures. Compoſt.

Coram prouin-

cijs. Eſt ne hoc verum q omnes qui ſunt in prouincia ſũt euocandi: ita dicunt quidam ſed accipiunt prouinciam ſicut vulgus vocat vnã prouinciam lombardiam/ aliam tuſſiã/ aliam campaniam: non autem accipiunt ſicut canon qui vocat vnam prouinciam que habȝ. x. vel. xj. ciuitates ⁊ vnũ metropolitanuȝ. vj. q. iij. ſcitote. Alij accipiunt prouinciam ſicut canon predictus ſcitote. Alij dicunt q locum habȝ q hic de prouincia dicitur ſi abſentes intra prouinciam non diſtant vltra duas dietas argu. ſ. de reſcript. nonnulli.

a De triplici corona imperatoris ⁊ a quibus recipiant quid ſignificent. vide glo. in verbo veſtigijs. cle. romani. de iureiu. ⁊ ibi plura ad materiam electionis imperatoris qui etiam ſũt electores vide card. hic eglo. in verbo ſili aũt. c. ad apoſtolice. de re iud. lib. vj. io. fa. ⁊ hoſt.

b Idem volunt panor. io. de ana. et feli. allega. c. meminimus arch. ⁊ card. alexan. c. qm̃ lxviij. diſt. in no. tñ. c. j. ſ. de ſupplẽ. negli. pla. dicit q in tali benedictione non eſt facienda aliqua examinatio vel inq̃ſitio qd̃ dictũ volũt archi. ⁊ card. alex. allega. c. dare fallẽtiã ad p̃mum dictũ ⁊ ſic dictũ ĩno. p̃cedat rãtũ i ciſter. qd̃ no. p intellectu allega. c. j. q̃d aũt addat bñdictio i abbate ⁊ de collatione minorũ ordinũ videa tũ doct. alle. vbi. ſ. ⁊ doct. turib⁹ hic alleg. p cõpo. ⁊ gl. car. ⁊ imo. i verbo benedi. cle. attẽdẽ

tes. §. ſtatuimus. de ſtat. nionã.

c Ideſt mãdati apoſtolici publicatoris vel forte meruis executor erat hoſt. ⁊ cardi. hic.

d Idem iȝ georg. nath. in repe. cle. ſepe. de vbo. ſigni. §. nõ ſic tñ. co. ij. ⁊. §. q̃ omnia. col. xxiij. cle. paſtoralis. ⁊ ibi cardi. de reius di antho. de but. ⁊ cardin. c. vra. ſ. de cohabi. cler. ⁊ mu. facit etiã notabilis gl. in vbo cõis l. fi. C. de legi. q̃ dicit ſniam principis non valere in qua nõ fuit citat⁹ abſens et ibi bal. vide etiã no. p panor. c. j. ſ. de cauſa poſſ. ⁊ p̃pet. vide barba. c. ab excõicato. nu. lxxx. ſ. de reſcrip.

e Idẽ tenẽt inn. ⁊ panor. hic. ⁊ in. c. dilecti⁹. ſ. de ordi. cog. card. i repe. c. ppendimus. circa finẽ. de ſentẽ. excõ. io. and. ⁊ io. de ana. c. exhibita de homi. arch. ⁊ frã. c. pia. de excep. lib. vj. ſpecu. ti. de pta. §. videndũ vlti. ſȝ nũq̃d. anth. de but. ⁊ barb. c. ab excõicato. ſ. de reſcript. in nõbilib⁹ barto. in l. de cẽ. ff. de vb. obl.

f De iuramẽto qñ ſuãdũ eſt qñ nõ ⁊ q̃liter ⁊ p quẽ relaxetur vltra panor. ⁊ doc. hic ⁊ in locis hic alleg. vide late io. de ſel. in tracta. de iureiur.

Alij dicunt ꝙ intra ꝓuinciā ⁊ extra tm̄ vocandi ſunt illi q̄ cōmode vocari poſſunt.ſ.eod.qđ ſicut.quid ğ dices? Rñ. vbi cōſuetudo eſt ſup hoc ſeruabit̃.j.e. in geneſi[a]. Nam in electionib⁹ ꝯſuetudo multū attēditur.ſ.de ꝯſue.cū dilectus.j.de cā poſ.cū eccl'ia. Si aūt conſuetudo nō apparet/ſatis poteſt dici ꝙ tus eſt cōmune vt abſentes qui ſunt in prouincia vocētur vt hic dūmodo itra duas dietas diſtēt: ⁊ q̄ extra ꝓuinciā ſunt eadē rōne vocantur ſi vltra duas dietas nō diſtent. ar.d.c.nōnullt.quia ſuppletio rōnem habꝫ ne al's cōtingat aliquē de vna dieta nō vocari ⁊ aliū vocari de.x Alij dicunt eos vocādos vbicūq̄ ſint in prouincia q̄ eſt ſub vno metropol'.ſiue hēat paucos ſuffraganeos vt ianueñ.ſiue plures.vt Compo.

a Ibi hēs cōſuetudinē approbatā ꝙ d toto regnō Frācie vocēt abſentes ad electionē an aūt valeret cō ſuetudo ꝙ ol no nō vocent̃ vt ꝙ ſic gloſ. in v̄bo ſi com mode.c.cū in eccl'iis.de p̄b. li.vi. ⁊ ibi archi.⁊ alios.

Bone memorie.

¶ Poſt electionem.] Quid iuris ſit vbi vna electio fit poſt aliam dixi.ſ.eo.conſiderauimus. ¶ Anteq̄ procederet.] Eſt ne hoc verū qđ hic innuitur ꝙ prima caſſata ꝓpter cōtēptū potuit contēpt⁹ ꝓcedere ad ſcđam: ⁊ ita videt̃ hic ⁊ plures hoc dixerūt ⁊ ꝓ eis eſt hec lr̄a anteq̄ ⁊c̄. dicūt em̄ ꝙ caſſata electione ꝓpter ꝯtemptū p̄uantur electores ꝓpter pctm̄ cōtēpt⁹ quib⁹ p̄uatis recidit ius vniuerſitatis in contēptum.ff.qđ cuiuſq̄ vniuer.l.ſicut.in fi. Si em̄ electores p̄uant̃ ꝓpter pctm̄ in forma cōmiſſū qđ ſine culpa ⁊ delicto poteſt cōmitti proprie ſumpto delicto.vt ſi collatio omittat̃ vt.j.quia ⁊.c.in geneſi.magis deberent p̄uari ꝓpter cōtemptū per quē proprie peccāt cum proximū ledant. Sed nos dicim⁹ ꝙ licꝫ caſſetur electio propter ꝯtemptū vt hic.⁊.ſ.eo.qđ ſicut.⁊.c.venerabilem non tn̄ contēptus eliget etiam poſt primam caſſatā: q2 electores nō ſunt p̄uati:⁊ ſic nō recidit ius eligendi in contēptum. Itē nec priuandi cū em̄ non inueniam[b] ꝙ ꝓpter contemptū priuent̃: et certam penā propter contemptū cōtra ipſos inueniam: q2 caſſatur eorū electio vt dixi.pena p̄uationis eos nō puniam cū pene ſint reſtringēde. de peni. diſ.j.pene. Propter pctm̄ vero i forma bene priuantur: q2 ſic eſt ſtatutum. Pena autem contēptus q̄uis dicat cp̄m

b Ex his verbis vult notare cōpoſt.ꝙ notat glo.i v̄bo exvi in fi. c.fi.j. de iure pat.ſ. ꝙ pena p̄uationis nū q̄ eſt iponenda niſi reperia tur expſſa in

.j.q2 vocatis ⁊c̄.non tamen eſt pctm̄ in forma.j.eo.eccl'ia veſtra.ſi em̄ eſſet peccatum in forma non caſſaretur electio vt hic.⁊.c.qđ ſicut.imo eēt nulla: vt.j.eo.q2.ibi nō valeat ⁊c̄.⁊ nulla ꝓnunciaret̃.j.eo.in geneſi.⁊ hec lr̄a nō obſtat p̄dictꝭ q2 ſic intelligēda debꝫ expectare ⁊c̄.anteq̄ ꝓcederet ⁊c̄.quaſi dicat ēt ſi contēptus: al's poſſit eligere de priori tm̄ electione nr̄m ⁊c̄.anteq̄ ⁊c̄. Nō tn̄ propter hoc dat intelligere ꝙ p̄mu caſſata poſſit contēpt⁹ eligere. Quid ğ erit caſſata electione ꝓpter contēptū? Rñ. redit ptās ad cp̄m ⁊ eliget contēptus ſimul cū eis: cū nō inueniā ꝙ cp̄m p̄uet̃ propt̃ contēptū vt dixi. ¶ In eodē cōſenſu.] Quero vtrū is cui⁹ electio caſſatur in eadē vacatione poſſit eligi.dixi.ſ.eo.ꝯſiderauim⁹.in fi. ¶ Tradito ſepulture.] Nunq̄d caſſabitur electio ſi fiat an̄ ſepulturā p̄lati defuncti. ita videtur hic? Rñ. ꝓpter hoc nō caſſaret̃[c] cū nullo iure inueniat̃ ꝓhibitū: ne āte ſepulturā fiat electio: imo viro mortuo id eſt p̄lato ſoluta eſt vxor.i. eccl'ia a lege viri.j.de ſcđis nup.c.penul.⁊.c.vlti. vij.q.j.ſicut.⁊ ſic obtinuit i cā plerdeñ. vbi ante ſepulturā prelati fuit electio facta.hic autē tractatus fuit habitus: non tm̄ an̄ ſepulturam: ſed etiā an̄ mortem vt i fine capituli qđ q̄nq̄ nocet electiōi: vt ſtatim dicam. vn̄ cā preuentionis ſepulture nō fuit hic cā caſſationis ſ; q̄d contēptus. Nam aliq̄n nō ſufficiēs cauſa ponitur in ſentētia.ſ.eo.auditis ibi maxi.appel. ¶ Tractatum.] Quero quis tractat⁹ ante mortem p̄lati ſuper electione futuri pōtificis habitus noceat electioni ⁊ q̄ non noceat. Item quero de pena illoꝝ qui de hoc ſollicite tractāt? Rñ. Prelatus bene poteſt vocare canonicos ⁊ eos ad concordiā inducere: ⁊ de certa perſona conſulere. lxxix. diſt. ſi tranſitus. Sed ⁊ ſi ipſi canonici cōmuniter vel diuiſim cogitent inuicē ⁊ deliberant an̄ mortem prelati vel poſt de aliquo bono qui ſuccedat viuenti cum moriet̃ nō eſt malum. dūmodo ibi nihil diffiniāt certum vel ꝓmittant. hic em̄ tractatus eſſet illicitus lxxix. diſt.c.j.⁊ hic.⁊ hanc penā incurrerent ſic tractātes.licꝫ nō ſit nulla caſſabitur: quia fit contra mandatum iurium predictorum/q̄ hos tractatus in=

iure ⁊ ad hoc reputat̃ ſing. per barb.ſ.c. mandatū.de reſcript.nu. xij.⁊ in tract. de preſcrip. car.q.vij.columna.j.

c Idē tenet arch.domi.⁊ frāc.c.ſi electio.j.d elec. li.vj.⁊ archi. lxxx.diſt.c. nullus.ij. vbi etiā videas ğ card.alex.de reproba.⁊ approb.tractatuū ⁊ doc.hic ſcrib.

bibuerunt propť honeſtatem eccleſie: ⁊ odiū ſic intēpeſtiue tractantiū. Et ſi tractātes illicite cōueniāt tpe licito ad eligendū preualebit electio illoꝝ q̄ non tractauerunt illicite ſi ſunt vltra tertiā partē capľi: ⁊ ſiat eodē cōtextu q: ſunt ſanioꝛ pars. ꝭ. eo. ſcriptū. ⁊ no. ŝ. eo. dudum. voces em̄ illoꝝ q̄ perſonā illicite noīatam elegerūt nō preſtāt eis ſuffragium: nō ea rōne q: ſint ꝑuati ptāte eligēdi cū hoc canonice nō inueniať: ſed q: lege vel canone ꝓhibente elegerūt. x. diſt. vides. C. de le. nō dubiū. Si aūt a minori parte q̄ʒ tertia ſiat electio non tractantiū ꝑmo illicite vtraq̧ caſſabiť Et q: illicite tractātes de certa perſona eligēda nō ſunt ꝑuati: nō poſſunt nō tractantes procedere ipis nō vocatis. Sed quid ſi tractātes illicite de certa perſona eligenda poſtmodū alium eligant? Rñ. valet electio q: nō ſunt ꝑuati vt dixi. Item videť illicitū ſi qui añ mortem ꝓlati vel poſt tractant de eligēda ꝑſona quā talis noīauerit: ⁊ is cui cōmiſſum eſt dicit eligatis talē ſiue dicat oībus ſimul: ſiue ſingulis ſingulare idem videť q̄ ſi nō vnus ſolus dicit ſed oēs vel maioꝛ pars tractātiū in capľo vel extra dicit bene ſumus ꝯcordes q̄ eligatur talis: q: hic videť diffinitio vľ ordīatio. Itē videtur q̄ ſi duo per viā eundo ꝓmitterent vel ordinarēt q̄ aliquē eligerent q̄ puniendi eſſent. lxxix. diſt. c. ij. Sed ſi aliqui vel alijs non ex condito nec aliquid ordināndo: ſed ſuā voluntatē exꝓmendo: vel etiā alijs ſuadendo dixerūt ſi talis eſſet bon⁹ nō crederē pctm̄ licȝ ſit tuti⁹ hoc ſimile. Itē quid ſi illi q̄ ſe obligarunt pred. diffinitione ⁊ ſcriptura vel alijs modis pred. de certa perſona eligenda: poſtea ſe abſoluant? Rñ. ſatis poteſt dici q̄ nō caſſabitur eius electio etiā facta de perſona tractatu illicito noīata. iam em̄ erāt in ſtatu q̄ lex vel canon ꝓhibebat eligere: ⁊ oīs res per quaſcūq̧ cauſas naſcitur ⁊c. ꝭ. de reg. iur. om̄is. Non tm̄ nego qui poſſint puniri pro ꝑterito exceſſu. Item qd̄ ſi añ mortem prelati canonici nō habuerūt tractatum de certa perſona: ſed tm̄ añ mortem habuerunt ſup electione tractatum. puta conueniēdo in capitulo aſſignandum terminum electioni faciēde vocando abſentes ante terminum / poſtea moritur prelatus cōueniunt ⁊ eligūt in termino? Rñ. caſſabitur electio: q: ꝓhibēte canone facta eſt. lxxix. diſt. c. ij. ⁊ hoc caſu vř loqui ꝉ cꝑm. Si tm̄ poſt terminū añ mortē prelati ꝑfixū vel in termio canonici vidētes ſe male feciſſe poſt mortē prelati incipent nouū tractatū hr̄e aliū terminū aſſignādo: ⁊ iterū vocādo abſentes: ⁊ ſic poſtea eligerēt nō crederē electionē caſſandā. cū nō ex illicito tractatu elegerint: ſed ex licito. ar. ŝ. eo. cum terra. Eſſent tm̄ de ꝑori illicito tractatu alˀs puniendi. Alij dicūt q̄ ad hoc q̄ caſſeť electio ꝓpter tractatū habitū añ mortem reqͥritur q̄ de ꝑſona certa tractatū habuerint aliquid diffiniendo vel promittendo de ipa eligenda.

Cum ad noſtrā.

[Electionē.] Sȝ nūqd̄ potuit poſtulari? Rñ. ſic. vt no. ŝ. e. cū mōaſteriū. ⁊. ŝ. ti. ꝓ. c. j. circa ꝑn.

Officij.

Utrum monachus debeat eligi vel poſtulari dixi. ŝ. tit. ꝓxi. c. j. ⁊. ŝ. eo. cū monaſteriū. [Diſpenſare.] Nunqd̄ legatus pōt diſpenſare vt hō alteri⁹ ꝓfeſſionis eligať videtur hic q̄ nō: cū poſt diſpēſationē legati iſti⁹ electio fuerit caſſata / hic tm̄ nō diciť q̄ legatus diſpēſauit: ſed ꝯfirmauit electionē ⁊ male: q: caſſāda erat ꝓpter cās infra ſcꝑtas. de legato autē cardinali ſatis videť q̄ poſſit[a] ex cā diſpēſare. ꝭ. de tranſlat. c. ſi. Itē hec diſpēſatio non eſt ſpāliter ſedi apľice reſuata. q̄ legato cardiali videť ꝯmitti. ar. ꝭ. de offi. leg. qȯ tranſlationē. ꝭ. de ſen. excō. nuper. ſed cū monachus poſſit ꝑfici eccľi⸗s ſecularib⁹. vt. xvj. q. j. ſic viue. ⁊ c. ſi clericat⁹. quare clericus ſecularis / maxime ſi bene ſciat regulā non poteſt in abbatem aſſumi vt hic. ⁊. ŝ. c. proxi? Rñ. q̄ licet ſciat regulam: nō tñ probauit vitam vel habitum. ar. xvj. q. j. monaſterijs. ſicut neophitus qui non eſt probatus in clericatu nō poteſt fieri ſacerdos vel epiſcopus. xlviij. diſt. ſicut neophitus. in huiuſmodi enim officijs non ſolum ſcientia: ſed etiam experientia requiritur. Et ideo voluit Chriſt⁹ de petro vt in ſcipſo diſceret quō alijs miſereri deberet. l. diſt. cōſiderandum[b]

[a] Immo ſi diſpenſat ſed ſol⁹ papa gl. i verbo eligať ⁊ ibi Imol. ⁊ card. q. xxj. ⁊ xxij. cle. j. de elec. ſpe. ſi. de leg. alˀs de diſpen. ꝗ. conſequenter. ꝓ ſi. legatus. ⁊ ibi io. an. i add. q̄ etiā remittit ad no. hic.

[b] Sic. eſt in c. fidelioꝛ. eo. c. ⁊. q in two gratiā q̄ exſacro petri vult iferre eū qui peccauit ⁊ penituit potius eligendū q̄ il lū qui nunq̄ peccauit qȯ an ſit verū vī de ibi ꝑ card. alexā.

vnde hec fuit cã caſſationis electionis iſtius: q2 regulã nõ fuit expertus. Alia cã fuit ambitionis ſuſpitio. ex eo em̃ ꝙ poſt profeſſionẽ fuit incõtinenti elect⁹ p̃ſumit ꝙ ꝑmiſſio ſiue pactio de eo eligendo in abbatẽ p̃ceſſerit. q̃ em̃ incõtinenti fiunt ineſſe videnẗ. ff. ſi cer. peta. lecta. ⁊ q̃ precedũt repetita videnẗ. ff. d ꝟbo. obl. tttia. ar. ad hec. l. diſt. ſi q̃ fcia. xxxi. q. i. ſi quis viuẽte. ⁊. de cleri. ꝑcuſſo. p̃terea. Sed nunq̃d iſte potuit an̄q̃ꝫ profiterer̃ poſtulari: credimus ꝙ ſic vt no. s. cũ monaſteriũ. Alij cõtra. Item quid ſi ſecularis clericus nõ ad abbatiam: ſed ad aliã dignitatẽ regularem puta archidiaconatũ vel monachatuꝫ vocer̃, nũq̃d dꝫ poſtulari vł eligi: Quidam dicũt ꝙ eligi: ſed in abbatẽ q̃ maiori expientia[a] indiget nõ poteſt eligi vt hic. Nos dicimus ꝙ ſicut ad abbatiam: ita ad archidiaconatũ ⁊ alias dignitates reglãres: ⁊ etiã ad monachatum nõ dꝫ cleric⁹ ſecularis eligi: ſed poſtulari ꝓpter rõnem p̃d. q2 i regula nõ eſt inſtructus ⁊ graue eſt ⁊c̃. vt in. c. monaſterii s. ¶ Inſtructus.] Sed quãto tpe[b]: R̃n. ad min⁹ ꝑ exercitiũ ⁊ expientiã triũ menſiũ. in aut. de ſanc. ep̃is. in p̃nci. §. dam⁹. ¶ Poterit.] Nunq̃d de iure aut de grã: vr ꝙ de grã. cũ em̃ nõ ꝓpter forme vitiũ: ſꝫ ꝑſone. ſ. ſymonie ſeu p̃ſumptionẽ ambitõis caſſer̃ ei⁹ electio nõ dꝫ de iure eligi. vt. s. c. ꝯſideranum⁹. in fi. R̃n. dic ꝙ de iure põt eligi: q2 nõ ꝓpt ſymoniã: ſꝫ ꝓpt ſuſpitioneꝫ ſymonie caſſata fuit ei⁹ electio q̃ ſuſpitio ꝑ purgationẽ delet̃. ar. ⁊. de pur. cano. accedens. ⁊. c. cũ in iuuẽtute. ⁊. ⁊. de accu. accedens. ⁊. de teſti. lr̃is.

Illa reuocata.

De hoc not. ⁊. de cenſi. olim. ¶ Defectus.] Ex eo em̃ ꝙ interfuerũt excõicati ex pticipatione per quã minorẽ excõicationẽ incurrerunt nõ fuit i electione defect⁹ cũ minori excõicatione ligati pñt eligere. ⁊. de cle. excõi. mi. ſi celebrat: R̃n: hic non dicit ꝙ hic fuerit defect⁹ ex eo ꝙ minori excõtcatione ligati interfuerunt vt dixi. De excõicatis.[c] interdictis/ ⁊ ſuſpenſis qñ repelli debeant: qñ vocari: qñ pñt interreſſe: qñ eorum pñtia vitiet electionem. not. s. de conſue. cum dilectus.

> a Nature potẽ: ẽ ars ſacilẽ vſum prõpꝛium reddit artificẽs cultꝰ et artificio p̃bet experiẽtia nutrimentum gl. i ꝟbo magiſtra. c. q̃ ſit. de elec. li. vi. ⁊ ibi de experientia q̃ dã ꝑ archi.
>
> b Lex eſt i c. ſic viue. xvi. q. i. multo tpe diſce q̃ poſtmodum doceas inde eſt ꝙ dicunt panor. ⁊ io. de ana. c. ſup ſpecu. ⁊. d magiſtris ꝙ q̃ uo ſunt alios docere debent ꝑ longi⁹ tpa ſtuder̃ q̃ alij q̃ not. ⁊ adde doc. hic.
>
> c Quod hic cumulãt inno. an. ⁊ card. vide ꝑ ipſum lattiſſime l al. c. cũ dilect⁹.

Scriptũ. ¶ Reuocatio] De reuocatione ꝯſtitiõis[d] no. ⁊. de ap. cũ cãm ¶ Cõſenſerit.] Quero in q̃ ꝯſenſ⁹ ꝑtiũ dꝫ attẽdi: Quidã dicũt ꝙ i fora inq̃ſitiõis de nũero eligentiũ: ⁊ merito electoꝝ: ⁊ ſꝫ h̄ ẽ ꝓuidẽtia ꝙ h̄ dr̃. nã al's de iure vꝫ q̃d fit a maiori pte. ⁊. d his q̃ fi. a ma. p. c. cũ i cũctis. p̃cipue i electiõib⁹. ⁊. c. q2 Tu dicas ꝙ ſi ptes ꝯſenſerit. ſ. vt diffinias ⁊ ẽ ſil'e. s. de reſcp̃. ex pte decani. s. c. dudũ. Inq̃ſitionẽ aũt de nũero eligẽtiũ: ⁊ meritis electoꝝ nõ de ꝯſenſu ptiũ: ſꝫ de iure fieri mãdat ⁊ curia ſic intelligit ¶ Prepoſiti.] Quid ſi p̃poſiti al's nõ hẽrent ius i electiõe nũq̃d voces eoꝝ p̃ſtabũt ſuffragiũ. ex q̃ vtraq; ps ꝯſenſit ꝙ p̃poſiti admitterẽẗ: R̃n. p̃ſtabũt. ar. s. c. cũ viron/eñ. cũ ei ptãtẽ eligẽdi ſeu ꝓuidẽdi poſſint in extneũ trãſferre inſolidũ. ⁊. c q2. multofoꝛti⁹ ptãtẽ pñt trãſferre: vt no. ⁊. c. ꝯſtitut⁹. Sꝫ nũq̃d põt ep̃m vno ꝯdicẽte aliq̃s ius nõ hñtes ad eligẽdũ ſecũ admittere: R̃n. nõ[e] ar. ff. cõi di. ſabin⁹. ff. de fui. vr. pre. ꝑ fundũ. credo tñ ꝙ maioꝛ ps capl'i poſſet inuita minore extneos vocare nõ ꝙ in electione voces hẽrent: ſꝫ cã ꝯſilii cũ eis ſuper electiõe hñda. ar. lxiiij. diſ. obeũtib⁹. ¶ Et duo alij] Quero q̃t voces iſti hẽbũt. R̃n q̃t erãt tũc eccl'iarũ ꝯuentualiũ p̃lati: al's ꝑ nihilo diceret totq; tũc tpis ⁊c̃. Alij dicũt ꝙ p̃d. duo. duas tñ ꝓ oib⁹ p̃latis voces hẽbũt vt h̄ innuit hec lr̃a. ⁊ duo alij ex pte vniuerſitatis ⁊c̃. tñ nõ eſt vis q̃t voces habuerit nã tot hñerũt q̃t illi hñerũt q̃ eis vices ꝯmiſer̃t ſiue ꝯmittẽtes fuiſſet vniuerſitas ſiue ſinglãres ꝑſone. ff. de reg. iu. nemo pl⁹. ⁊ no. ⁊. c. q2. ¶ Duplo] Ad itelligẽtiã hui⁹ capl'i circa q̃ttuoꝛ caſ⁹ q̃ deteriãẗ h̄. prim⁹ ẽ ꝙ ſi poſtulãtes fecẽrt duplo maioꝛẽ nũerũ q̃ꝫ ſit nũer⁹ eligẽtiũ electiõe caſſata poſtulatio admittiẗ dũmõ ꝯ poſtulatũ nil ꝓber̃ q̃d ei⁹ ꝓmotionẽ ipediat. Circa hũc caſũ q̃ro (cũ ſicut dixi h̄ ep̃m cõticat i⁹) q̃re mãdat papa poſtulatiõnẽ factã ẽt a duab⁹ ptib⁹ admitti cũ poſtulatio ſoli grẽ initaẗ. s. ti. ꝑ. hẽc. rñ. q̃ꝫ tñ ad ſupioꝛẽ admittẽtẽ inuitẗ grẽ: q2 ñ tener̃ cã admittere ſi ñ vl't. x. q. ij. p̃carie. maxie ſi ꝯfirmatoꝛ ẽ papa vt no. s. ti. ꝑ xi. bone. ⁊ h̄ ñ imutaẗ hic q2 ius ꝯfirma:

> d Vide panor. c. ii. ſ. de cõfeſſ. Jo. de ana. c. qũr. ſ. ſ. de ac. u. gl. i ꝟbo ítilla cã c. fi. de iureiurã. li. vj. ⁊ ibi late ꝑ archi. domi. pet de anch. ⁊ frãc. ⁊ alios cardin. alex. c. cũ iu aute lex. iiij dis ſtin. ang. cõſi. cxxxvj. in p̃n. ludo. ro ꝯſil. cxcj alexand. conſi. xxviij. ſ p̃mo volu.
>
> e Et hoc dicto elicit hic dñs abb. maiorẽ partẽ vniuerſitatis nõ poſſe aliq̃d ſtatuere in p̃iudiciũ maioris partis. ꝑ q̃ vide as no. ꝑ ludo. ro. ꝯſi. cccij. vbi etiã videas an cõſilium gñale poſſit i ꝑiudiciũ ſingulorũ aliq̃d ſtatuere in ſpẽc. aduertas.

toris nō tangit hic. Juri ꝯo innitit ꝗ̃ᵹ
tū ad poſtulātes q̄ poſt poſtulationē pn̄
tatā variare nō pñt.ꝭ. ti.ꝑxi. bone. Itē
⁊ quantum ad eligētes quorum cum ſit
caſſata electio ꝑpt̄ dfectū nūeri ſine ip
ſoꝝ iiuria ꝑt ſupiori poſtulationem ad-
mittere ex q̄ canōice fcta ē / ⁊ ius velit ꝑ
poſtulātes canōicos eccl'ijs ꝑuideri.ꝭ.
ti.ꝑxi.bone. Itē q̄ro ſi due ptes poſtu-
lātiū vl' etiā tertia pars eligētiū debēt
attendi reſpectu eligētium cum poſtula
tio cum electione cōcurrit: aut reſpectu
totius capituli videt enim reſpectu ca-
pituli vt hic ibi ꝗ̃ᵹ.xvj.electores. Tu dic,
ꝙ reſpectu totius capituli accipitur du
plum:⁊ in tertia alia a duabus partibꝫ
non remaneret capitulū propter qd̄ di-
cimus poſtulationem a duabꝫ partibus
factā valere: vt.ꝭ.dicā.hic autē ideo di-
cit.xvj.electores ⁊c.q͛ ex nūero poſtu-
lantiū ⁊ eligentium totum capitulū con
ſtabat : nec erat aliquis d̄ capitulo q̄ nō
eēt de poſtulātibus archiepm vl' eligē-
tibus plebanum:⁊ facit.ꝭ.eo.eccleſia vbi
conſideratio habet nō partis ad partē
ſꝫ ptis ad capitulum. Secūdꝫ caſus eſt
ꝙ ſi poſtulantes non faciunt numeꝝ du-
plo maiorē: tūc ſiue poſtulatꝫ ſit dignꝫ.
ſiue indignus poſtulatione caſſata ele-
ctio confirmetur. quero quare hoc / cū
in electione is debeat obtinere q̄ a ma-
iori ⁊ ſaniori parte fuerit noīatus .ꝭ. eo.
q͛ propter. Itē gñaliter eſt verum ꝙ ꝑ-
ualet qd̄ fit a maiori parte capituli.ꝭ.de
his q̄ ſi. a ma.p.ca.cū in cunctis.hic au-
tem ꝑualet electio ptis minoris etiā pte
maiori non peccāte qd̄ ē mirabiliꝫ. Rn̄.
ſpale ē vbi poſtulatio cum electione cō-
currit:q͛ niſi poſtulātes fecerint duas
partes poſtulatio nō valet ⁊ confirmat
electio vt hic. Uel dic ꝙ nō fallit h̄ regu
la illa. Is eligat ⁊c.exponimꝫ eñ maio
ri.i.ſaniori: vt dicā in.c.q͛.⁊ ſic illa q̄ ele
git reputat ſanior ꝗ̃ᵹ ea q̄ poſtulat. Ubi
ꝯo poſtulatio cū poſtulatiōe ꝯcurrit at
tēdit maior ps vt not.ꝭ.ti.ꝑxi.c. ſi.i ſi.
qd̄ tñ de electiōe ꝯfirmāda hoc ſcđo ca
ſu dixi itelligimꝫ ⁊ ſeruamus electio ex
iteruallo nō fiat ex quo poſtulātes non
erāt ꝑuati: vt no.ꝭ.eo.ꝯſideraumꝫ.⁊.c.
dudū. Itē de electiōe minoris ptis ꝯfir
māda cū nō ē poſtulatꝫ idignꝫ itelligi-
mꝫ ſi electores a poſtulātibꝫ nō ſupant i
duplo: vt hic loq̄t. Tertiꝫ caſꝫ ē ꝙ ſi po-
ſtulātes idignū ſupple ignorāt ſint du-
plo pl'es tā poſtulatio ꝗ̃ᵹ electio repro-
batur. q̄ro q̄re hoc? Rn̄. Poſtulatio re-
ꝑbat:q͛ facta d̄ pſona indigna: electio
ꝯo q͛ tertiā ptē nō excedit vt ſtatim di
xi:⁊ hic probat. poſtulātibꝫ eñ duabꝫ p
tibus q̄ cēſētur capitulū: vt.ff.de decre.
ab or.faci.l.iij.noluit ius huius capituli
minori parti concedere ꝙ valeret eius
electio: niſi poſtulātes vl' maior ps eēnt
ꝑuati vt i caſu.ꝭ. At vbi due ptes nō ad
uerſant electo vt eſt qn̄ poſtulātes non
faciūt duas ptes:⁊ ꝓ electo ē maior ps
tertia/voluit papa d̄ iure electionē ꝑfer
re tāꝗ̃ᵹ a ſaniori pte factā vt in caſu ꝑce-
dēti:⁊ no.ꝭ.eo.dudū. ¶ Indigna] Que-
ro q̄ intelligat hoc caſu indigna: vtrum
ea tñ cuiꝫ electio ē nulla an cuius ē an-
nullāda: de qbꝫ no.ꝭ. eo. cōſideraumꝫ.
Rn̄. ſatis pōt dici ꝙ de vtraꝗ̃ᵹ indigni-
tate loq̄tur tā de ea q̄ nullā reddit electi
onem ꝗ̃ᵹ ea q̄ annullāda ꝑpt̄ indignita
tē pcti in quo pſeuerat:⁊ hoc innuit hec
lra cum ꝓmotionē eiꝫ debeat ipedire.
alij cōtra. Quartꝫ caſus [a] ē ꝙ ſi oēs vel
maior ps poſtulātiū poſtulauerit ſcien-
ter indignū tertio caſu ꝑmiſſo ꝙ nume-
rus poſtulātiū ſit duplo maior electio
cōfirmetur ſi facta eſt de pſona idonea.
Quero p̄rio q̄re requirit ꝙ pars poſtu-
lātium ſciuerit idignitatē poſtulati ad
hoc ꝙ electio cōfirmetur. vno eñ ꝑpter
ſciētiā / ⁊ p cōſequēs ꝑpter priuationē
ſublato nō remanet duplus numerꝫ po-
ſtulato: ⁊ ſic valet electio vt hic dicit.
Rn̄. lꝫ priuatus nō ꝑſtet ſuffragiū in ele
ctione in qua priuationē icurrit: cōputā
dus tñ ē in numero poſtulātiū ſicut de
cōtēptu dico ⁊.ꝭ.eo.in geneſi.ſup verbo
maior:ſecus ē tñ ſi prius fuit in vna ele-
ctione priuatus:q͛ ſciēter indignum ele
git vel ex alia cā ad ſecundam electio-
nem admittitur ignorāter vel cum pro-
teſtatione:quia tunc nō computatur ad
numerum capituli vel poſtulati complē
dum. Quid ſi maior pars q̄ poſtulauit
ſciuit mior ignorauit:minor tamē igno
rans fuit maior illa que elegit puta ex
xxxiij.poſtulantibus.xij. ſciuerunt. xj.
ignorauerūt.x.alij elegerūt. Rn̄. poſtu-
latio caſſabitur:quia ſciētia maioris p-
tis poſtulantium facit vt qd̄ ab ipis du
abus partibus fit non videatur a capi-
tulo factū:ne due ptes capitulū videā-

[a] Hos quatuor caſꝫ hic ꝓſequuntur oēs ſcrib. meliꝫ ꝙ alibi.

tur. Item electio caſſabitur ex quo poſtulatus 3 duplũ numerum h3 inter ignorantes ꝛ ſciẽtes ꝛ maior pars ignorantium poſtulantium indignum q̃ ſint om̃s illi qui d gnũ elegerũt: hic aũt ſic erat de facto ꝙ electus maiorem ptem habebat non cõputatis ſciẽter eligentib⁹ indignum Alij dicunt ꝙ ſicut ſonat littera electionẽ confirmandam: ex quo indignitatẽ ſciuit pars maior: ſ3 ſm iſtos ſi ex poſtulantibus eẽnt plures ſcientes ꝛ pauciores ignorantes: ꝛ vnus ſolus eligens valeret electio: qđ eẽt abſurdũ. Tu aũt probabiliter potes dicere ꝙ in hoc caſu cum maior pars poſtulantium ſciuit, minor ignorauit: ita demum electus obtinet ſi poſtulãtes ignorãtes nõ ſint duplo plures eligẽtibus: qꝛ tunc ex oib⁹ poſtulãtib⁹ fit vnũ cp3 / ꝛ val3 qđ fit ab eligẽtib⁹ tãq̃ a pte ſaniori capl'i ac ſi poſtulãtes ignorãtes ſint duplo pl'es eligẽtib⁹ ꝛ nõ d3 elect⁹ obtinere cũ reſpectu eligẽtiũ ſoli poſtulãtes ignorãtes q̃ nõ peccauerũt ſint capitulũ: vnde eẽt iniuſtum electionẽ cõfirmari vt. ſ. dixi. ſed ꝛ poſtulatio caſſabitur hoc caſu vt premiſi. Compoſt.

NE pro defectu.

[Regl'ar] Quero quã eccleſiã vocat h regl'arẽ? Rñ eccleſiã regl'arẽ dicim⁹ ſm ꝙ itelligit quãl3 eccl'iam vbi ſunt clerici vel cõuerſi ſine proprio[a] viuentes dummodo ſit collegiata[b]. Que aũt dicatur collegiata no. ſ. de iure pa. poſtulaſti. Non autem hic intelligimus comphẽdi parrochiales eccleſias ſiue per regulares regantur ſiue non. Quid de dignitatibus cathedralium eccleſiarum preter epiſcopatũ puta decanatu ꝛ ſimilibus? Reſpondeo. non comprehenduntur hic: quia hec conſtitutio de vacante eccleſia loquitur ſed eccleſia non dicitur vacare per mortem talium: ꝛ eſt expreſſum. ſ. de conceſ. preben. poſt electionem. ſ. vt eccleſia. bene. vt noſtrum. Quid de dignitatib⁹ extra eccleſiam cathedralem: puta decanatu / prepoſitura ꝛ ſimilibus? Reſpondeo. non comprehẽduntur hic cum hic de cathedrali ꝛ epiſcopali ꝛ regulari tantum loquatur: alij cõtra. In officijs autem ꝛ beneficijs in quibus hec conſtitutio locum non habet ſeruatur conſtitutio. ſ. de conceſ. preben. c. ſecundo. Quid de prioratibus extra abbatiam conſtitutis qui non per electionem: ſ3 per abbates vl' alium ſuperiorem curantur? quidam dicunt ꝙ non habet hec cõſtitutio locum iñis qđ ſatis poteſt dici ſi ab epiſcopo non confirmentur: nec ab eo recipiunt curam: quia tunc pro volũtate abbatis remouẽtur. ſ. de ſta. mo monachi. in fi. ꝛ c. cum ad monaſterium. §. tales. ſi autem ab epiſcopo confirmationem ſeu curam recipiunt: licet conuẽtus eos non eligat: ſed ab abbate mittuntur ſeu pñtantur vt in prioratibus quibuſdã contingit: tunc ſatis videtur ꝙ hec conſtitutio locum habet in huiuſmodi ſi eccleſia ſit regularis ꝛ collegiata qꝛ tales non pro volũtate abbatis remouentur cum epiſcopo de cura debeant reſpõdere. ſ. de pben. in laterãẽſi. Alij dicunt ꝙ ex quo electio non ẽ collegij hec conſtitutio non habet locum: ſed potius illa que de ſex menſibus loquitur. ſ. de conceſſi. prebẽ nulla. ¶ Iuſto impedimento] Quero qđ ſit iuſtum impedimẽtum propter poſtulationẽ q̃ nõ fuit admiſſa vt dixi. ſ. ti. proxi. c. j. in fi. prime gloſe. Item propter electionem caſſatam ex vitio electi occulto / quo caſu redit electio ad capitulũ vt no. ſ. eo. cum terra. Item ꝙ capitulum ante electionem requiſiuit pricipis aſſẽſũ qđ habuit neceſſe facere ſi hoc principi de conſuetudine vel priuilegio competebat vt dixi. ſ. eo. quod ſicut. Itẽ ꝙ is quẽ elegerãt cũ eſſet abſens reuerſus noluit conſentire vl' conſenſit: ſ3 renunciauit añ cõfirmationem. Item quia capitulo eſt electio interdicta. Sed tunc incipit ſibi tempus currere qñ cp̃m incipit eẽ in mora petẽdi licẽtiam eligẽdi. hec ꝛ alia infinita impedimenta poſſunt occurrere. Itẽ quero an tempus quo impediti ſunt eligere reſtituatur eis p bñficium reſtitutionis ꝛ videtur ꝙ ſic: vt in eo q̃ cã reipu. fuit ipeditus. ff. ex qui. cau. ma. ab hoſtib⁹. §. ſed qui ſimpliciter. ſ. de v̄bo. ſig. dilecta. Et ſic ſm hoc elapſis tribus menſibus nõ eligerẽt: l3 in tpe trimeſtri fuerit impediti niſi tp̃s eis reſtituatur. Rñ. Non ẽ neceſſaria[c] reſtitutio: ſ3 tp̃s quo impediti fuerunt in tpe trimeſtri nõ cõputatur: vt. ff. de adul. quinquennium. ꝛ ſi ſecus diceretur cõtingeret ordinatio-

a Iſtud dictum nõ placet ſimpliciter panor. hic quia deberet dici regularis ſm eum hic in rubri. ſ. de reg. q̃ faciunt tria vota ſubſtãtialia de q̃bus. c. cũ ad monaſteriũ. ſ. de ſta. reg. de q̃ videas etiã p gl. ꝛ ar. imo. ꝛ alios l̄ cle. j. de deci.

b Que dicat' collegiata vide. c. dilecti. ſ. de exceſſ. p̄la ꝛ ibi car. ꝛ panor. hoſti. io. an. ꝛ anth. de but. in. c. a nobis. ſ. de iu. patr. ꝛ bñi. boic. c.

poſtulaſti. c. ii. glo. in v̄bo collegiatis in prag. de elec. ꝛ ſed. de ſen. conſil. lxi.

c Iſta opi. approbat hodie p cp̃m ſi electio iſto ti. li. vj vbi enarrãt caſus hic pmiſſi ꝛ ibis caſib⁹ declarãtur h̃re l'egrum t̃pus niſi fraudulẽter egerint.

nes eccleſiarum diferri quod eſt contra itētionē iuris vt h. Itē q̄ro qñ icipiat h tps currere ꝑlo. Rñ. qñ pꝛimo ſciunt q̄ eligere debuerunt eccleſiam vacare. ſ. de ſup ne. pꝛela. l3. ſ. de conceſ. pꝛebē. q2. Item quid ſi due ptes vel plures poſtularunt: ⁊ aliqui de capitulo nolūt poſtulare nec eligere poſtea ſuperioꝛ ex aliq̄ cauſa noluit poſtulationē admittere: vt cum oēs pꝛeter duos elegiſſent indignū ignoꝛāter duobus exceptis qui non poſtularunt nec elegerunt: ⁊ ſic poſtulatione non admiſſa electione caſſata redit electio ad capitulum vt no. ſ̄. eo. cū terra. Nunquid ſi lapſi ſunt tres menſes a tēpoꝛe vacationis illi qui noluerunt poſtulare nec eligere infra tres mēſes admittētur cum alijs qui non fuerunt ī moꝛa? videtur ꝙ ſic / quia etiam ſi elegiſſēt vel poſtulaſſent nihil valuiſſet[a] ar. ff. de iud. nō videt̄ ar. ff. de arbi. ſi arbit̄. Rñ. melius videt̄ ꝙ non admittentur inuitis alijs: cum enim eligere vel poſtulare debuerint infra tres menſes ⁊ non fecerint lapſu tēpoꝛis ſunt excluſi: vt hic dicit. Et ex quo vocati non eligūt ſeipſos excludunt. ſ. eo. eccl'ia veſtra: bñ tamen admittentur volētibus alijs ius habentib⁹. ſ̄. eo. cum vintonien̄. Si autē pars maioꝛ indignū elegit: quando tunc minoꝛi parti non eligēti currat tēpus. dixi ſ̄. dic. c. cum vltonien̄. ¶ Deuoluatur] Quid ſi capitulum eccleſie cathedralis non pꝛopter negligētiam amitit ius eligēdi: ſed q2 ſcienter eligit indignum. ſ̄. eo. cum in cunctis. vl' quia pꝛiuatur per ſentētiam iure eligēdi pꝛopter foꝛmam non ſeruatam: vt. ſ. eo. c. pꝛoxi. Nūquid his caſibus deuoluitur ad metropolitanum poteſtas? Reſpond. Curia tenet ꝙ non[b] ſed ad ſolum papam: quia metropolitanus ſubditis ſuffraganeoꝛum ſuorum poteſtatem non habet dandi illis ꝑlatum nec alia niſi quatinus inuenitur in iure. ix. q. iij conqueſtus. aliquādo tamen papa tractauit cū fratribus de dāda metropol'. poteſtate in caſib⁹ pꝛedictis: ſ3 vidit hoc nō expedire: q2 ſm hoc ſp metropolitani ingererēt difficultatē in confirmationibus vt ad eos deuoluerētur ptās: ſ3 hec rō non eēt bona: q2 eadē ratione deberēt metropolitanis ptātem auferre: qđ de cathedrali ⁊ metropolitano dixi: idē dicebat papa in regulari ⁊ diocesano: vt cum ſine caſu negligētie pꝛiuatur collegium non ad pꝛoximū ſupioꝛē: ſed ad ſolum papam deuoluitur ptās cum in ſolo caſu negligētie ſicut dicit ius hanc ptātē in eccl'ia regulari concedat: ſupioꝛibus tñ plures allegauim⁹ ſup hoc contra papam ꝙ erat inconueniēs ſp ad papam recurrere ſuꝑ pꝛouiſionib⁹ pꝛioꝛatuum ⁊ abbatiarū in caſibus ꝓmiſſis: ⁊ ꝙ ſufficiebat nō denegari dioceſano hāc ptātē cum in ſua dioceſi omnia poſſit q̄ non denegantur eis. ſ. de ſen. excō. nuper. l3 in metropolitano ſit foꝛte ſec⁹ quo ad ſubditos ſuffraganeoꝛum (vt dixi) Itē q2 eps ē ꝑoꝛdinatoꝛ in cūctis. xxv. diſt. ꝑlectis. Itē pōt diuidere eccl'ias ⁊ vnire. ſ. de exceſſi pꝛela. ſicut vnire. multo foꝛtius pōt eccl'ijs regularibus pꝛouidere ex quo collegium hoc nō pōt cum ſit pꝛiuatum ex cauſis ꝓdi. ⁊ ſimilibus. Pone eñ ꝙ in monaſterio nullus eſt monachus q2 omnes ſunt moꝛtui: nunquid dioceſanus ꝑt monaſterio pꝛouidere cum eps ſit ꝑoꝛdinatoꝛ in cunctis (vt dixi) ⁊ facit ꝓ nobis. ſ̄. eo. cum in cunctis. in fi. ſ3 hec nō pꝛofuerunt qm̄ papa dixit contrarium. ¶ Ipſi⁹ q̄dam] Nūquid de ꝑſona alteri⁹ pōt metropolitan⁹ ꝓuidere videtur hic arctata ei⁹ ptās ad eandē eccleſiam Itē cū canonici habeāt duo bñficia a iure ꝙ eligunt ⁊ ꝙ de ſua eccleſia: licet ꝑ lapſum tēpoꝛis vnum amittant. ſ. eligēdi ptātem: tñ ſecūdū. ſ. ꝙ de ſua eccleſia aſſumatur hoc capl'm eis conſeruat. Solutio: dic ꝙ pōt metropolitan⁹ de ꝑſona alteri⁹ eccl'ie[c] pꝛouidere / q2 ptās que erat penes capl'm fuit ad eū deuoluta: ⁊ ſicut erat nec pꝛiuilegiū neceſſitatis ꝙ de eadem eccleſia aſſumatur: ſed ex honeſtate hoc fieri debet: ⁊ ſic papa mihi rñdit. Compoſt.

QUia ꝑpter. ¶ Eccleſijs] Quero ī q̄bus eccl'ijs hec cōſtitutio ſit ſeruāda[b]? Rñ. In cathedralibus ⁊ regl'arib⁹ collegiū hñtibus. Itē decanatib⁹ / ꝓpoſitur / / plebanatib⁹ archipbr̄atib⁹ / ⁊ alijs dignitatib⁹ ex cathedralē eccl'iam conſtitutis dūmodo ſit ī eis collegiū tales enim eccl'ie ꝑ moꝛtē ſupioꝛū ꝑlatoꝛū viduate dicūt̄: ſecus ſi agatur de electiōe faciēda ad aliquā dignitatē conſtitutā in eccl'ia cathedra

a Uide de hoc late ꝑ io. an. ⁊ cardi. et panoꝛ. c. congregato. ſ. eo. titu.

b Iſta dubia fuit hodie late deciſa ꝑ ter. c. q̄ꝗ̄ illo ti. li. vj. vbi late videas tibi bona.

c Panorm. poſt hoſt. l3 ꝙ contra. glo. ⁊ inno. l3 ioan. andr. ⁊ anch. debu. dicant opi. hoſt. ſuadere in ſcolis aliā in obſeruanone tu tñ de hac. q. late videas per cle. ſ. de ſupp. negl. ꝑl. ⁊ ibi glo i verbo monaſterioꝛum. car. imo. pet. de anch. ⁊ panoꝛ. io. and. ⁊ phi. frā. l reg. contra eū. de reg. iur. li. vj. hen. boic. ſuo moꝛe diſtinguentē. c. dilectus. ſ. de cōceſſ. ꝑb. c. nullus. lxj. diſt. ⁊ ibi archid. domi. ⁊ cardin. alex. ⁊ omnes ſcrib. hic.

d Uide old. cōſi. cxlvj. incip. factū eſt tale ⁊ arch. c. oſius. lxj. diſ. rof. beuenta. ſ libel. iur. ca. ſ rubri. de moꝛna. ſñi. illud aūt frequenter ⁊ omnes ſcrib. q̄ luxiſſent multum circa materiā iſtā nec eſſet ne eſſe alibi rec. erere l3. de hoc etiam h. ⁊ glo. no. in ꝓbo ꝑlati. ꝗ. ⁊ cū huma ne. ſñi. ad ioan. de elec. in prag. ⁊ rot. deci. ccclij.

li:q2 p mortē taliū non viduanř eccleſie
ꝛ ad hoc facit ꝟbum viduatis ibi poſi=
tū:q̄dam tñ dicūt ꝙ iſte forme tātum lo
cū habēt in cathedralib⁹ ꝛ regl'aribus.
ar.ſ̄.c.prox. Quid ſi duo vl' tres tm̄ ſint
in capitulo? Rñ. hec forma locū hʒ ar.
ſ̄.c.proxi. ꝛ tres faciunt collegiū. ff. de
ꝟbo.ſig. neraci⁹. ꝛ ſi ſint duo vnus alte=
rū: ſi tres duo vnū ſcrutēř tabellioē ad=
hibito ar. q2 ꝛ ſcrutatores ſe poſſunt ad
inuicē ſcrutari Quid ſi eſt vnus ſolus ī
quo ius vniuerſitatis remanet. ff. ꝙ cu=
iuſqꝫ vni. ſicut. Rñ. ille ſolus vocatis te
ſtib⁹ quos ſecum habebit loco ſcrutato
rū ꝛ tabellione dicet eis votū ſuū: deide
votū in ſcriptis redactū publicabit ꝛ e=
liget ꝛ electionem publicabit: vel dic ꝙ
hec cōſtitutio nō hʒ locū niſi vbi ſunt q̄t
tuor ad minus ꝙ ex eo appꝫt ꝙ dicit aſ=
ſumēř tres: poſtea dicit pñtib⁹ omnib⁹
q̄ð de trib⁹ ad minus intelligiř: ꝛ tūc ſi
tres ſūt vl' pauciores pñt eligere quocū
qꝫ mō[a] volūt dūmodo mutuus conſen=
ſus hincinde proueniat. Nunquid aſſi=
gnatio diei eſt de forma[b] videtur ꝙ ſic
.ſ̄.eo. cumana. ꝛ.c. cum in veteri? Rñ. nō
eſt neceſſe: ſic vidi papā terminantem. ꝛ
iura predi. non obſtant quia factum nar
ratur non ius. ¶ Pñtib⁹] De vocatio=
ne[c] no. ſ̄. eo. cum iter vniuerſas. ꝛ.c. bo=
ne me. mag. ꝛ.c. coram. Quis autem vo=
care debeat no. ſ̄. de maio. ꝛ obe. c. j. Nū
quid ad domum vocandi ſunt canonici
abſentes vl' perſonaliter. Rñ. Si ſcitur
vbi eſt in loco vnde vocari debet citan=
dus eſt perſonaliter. Si autem neſcitur
vbi ē dʒ citari i loco vbi cōmuniter mo=
rař p publicū edictū .ſ̄. de cle. nō reſi. ex
pte. ſ̄. de fo. cp. ex pte. ſ̄. ð eo q̄ mit. i poſ.
c. ſi. vbi no. Quid ſi tpe citatiōis erat in
loco vbi citād⁹ erat: ſʒ nō tpe electiōis.
Rñ. hoc caplo nō p̄iudicat ſi nō citauit
quia non intereſt citati. arg. ff. ſi quis in
ius vo. l. ij. §. finali. Itē quid ſi fuit tēpo
re electionis in loco in quo citandus
erat: ſed tempore quo alij citantur non
erat. Rñ. Non obeſt electioni q̄ ſine ipo
facta fuit. Cum enim citationis tēpore
nō fuit i loco vñ citari deberet nō pt cō=
queri de contēptu. Quid ſi ē vagabūd⁹
puta q2 ē aliqñ inter fines electorib⁹ de
putatos aliqñ ex. Rñ nō obeſt caplo ſi
cū nō citat lʒ aliq̄ die ifra tps quo cita=
tiōes facte fuerūt fuerit ifra fines. ar. ff.

de inſti. ſed ꝛ ſi. §. conditio. tñ tutius eſt
hoc caſu citare ad domū. ¶ Aſſumēř.]
Quero qualr aſſumentur ſcrutatores?
Rñ. non eſt vis ſeu per cōpromiſſum ſi=
ue p ſcrutiniū patens corā omnib⁹ ꝛ in
eoꝝ aſſumptione p̄ualet maior pars ca
pituli. ¶ Tres.] Nūq̄d plures vel pau
ciores? Rñ. ſi cōmode fieri pōt tutius
ꝛ melius eſt[d] vt ad minus ſint tres vt
hic al's ſi nō cōmode vt q2 pauci ſūt in
caplo/tunc pauciores pñt aſſumi. quat
tuor autē aut plures bñ poſſunt aſſumi:
per ampliores hoies perfectiſſima veri=
tas reuelař. C. de fideicōmiſ. l. vlt. ad fi.
¶ De collegio.] Nunq̄d extra pñt aſſu
mi? Rñ. tutius eſt ꝙ de collegio[e] tamē
Uincen. dicit ꝙ nō obeſt ſi aliunde aſſu
māťur idonei maxime ſi pauci canoni=
ci ſunt i eccl'ia. ſ̄.c.c. pxi. Itē quis ſcru
tabiř vota ſcrutatorū? Rñ. ipſimet: ſi ei
ſunt tres duo ſcrutabūř vnū ꝛ duo vnū
Si vero ſunt duo vterqꝫ ſcrutabiř alte=
rum ꝛ propter hoc eſt ꝙ ad min⁹ debēt
eē duo. Si enim vnus eſſet ſeipſum ſcru
tari nō poſſet ſicut nec ſe pñtare. ſ̄. de in
ſti. c. fin. niſi forte collegiū daret alium
ſcrutatorē vel alios ad ſcrutādū votū
vnius ſcrutatoris: ꝛ hoc honeſtius ꝛ ſe
curius ꝙ ſcrutatores prius ſcrutēř vo=
ta ſua q̄ȝ alioꝝ ne iſtruātur i quē cōſen=
tiant ſi aliorū vota prius requirerent
Quid de infirmis qui in eodem clau=
ſtro vel in eadem ciuitate iacent? Re=
ſpon. Scrutatores poſſunt ad eos ire ꝛ
vota eorum inquirere/quia preſens vi=
detur qui in hortis eſt. ij. q. vj. biduū. ꝛ
q2 vox infirmi efficacior eſt q̄ȝ procura
torū ꝛ dulcius ex ipo fonte bibūtur aq̄
ꝛ credimus ſufficere ꝙ in ſcrutinio re=
ſpondeant. nec eſt neceſſe ꝙ poſtea re=
quirantur in electione vel in alijs que
poſſunt fieri per alios vel ſi magis pla
ceat infirmis poſſunt procuratores cō=
ſtituere per quos ſuas exprimient vo=
luntates vt hic. ꝛ. ſ̄. eodem. c. ſuper ver=
bo preſens. ¶ Exquirāt.] Quero qua=
liter? Reſpond. debent ſingulos nomi=
natim vocare ad ſcrutinium al's viderē
tur cōtemni: nec ſufficit generaliter vo
cari ſic/ venite ad ſcrutiniū qui ſcrutā=
di remanſiſtis vt hic/vbi dicit ſcrutato
rū. Item vocandi ſunt non tm̄ qui ſunt
in caplo ſed etiā qui extra ſi videri poſ
ſint ar. iſti. de rerum di. §. examē. ꝛ etiā

a Hāc opi. videtur ſequi car. ſ̄. e. c. j. ij. q. lʒ ibi hoſt. dicat hoc pce dere i forma ſcrutinij. ſec⁹ aūt in forma compromiſſi ſeu inſpiratio nis quā tenēř obſeruere ſm eundem.

b Scriben. hic colligunt ex hoc textu decem ꝛ octo ſubſtantialia in forma ſcrutinij neceſſa rio obſeruanda. in regno autē Francie ſūt tria addi ta p cōſt. baſi lien. ſcʒ miſſe ſācti ſpūs au ditio ſacroſan cti corporis Chriſti ſuſ ceptio ꝛ iuriſiu rādi p̄ſtatio de q̄b⁹ prag. de elect. §. et cū humane. ꝛ ſic ſunt vnū ꝛ vigiti ſubſtā tialia i regno Francie.

c Iſta voca tio non eſt de ſubſtātia io. an. card. ꝛ pa nor. hic ꝙ cla re pꝫ ex. c. bo ne. ij. ſ̄. eo. ti. vbi pōt contē ptus ratifica re electionem eo ɔtēpto fa ctā q̄ ſi eēt ɔ ſubſtantialia huius forme eēt nulla ꝛ ſic nō ratificare tur vt ibi not. ꝛ. ſ̄. c. audit. eſt tñ de iuſti cia q2 contem pto ɔſequēter cōtēptū venit caſſādū. ð. c. bone.

d Immo eſt de ſubſtantia ꝙ nō ſint plu res vl' paucio res. hoſt. io. an. antho. de bu. card. ꝛ pa nor. hic ꝛ ho ſtiē. in ſū. hoc ti. §. qualiter ſit faciēda p̄= ſi. aſſumātur tertie. in libr. iur. cano. tit. de litis excuſa tenjs. tñ. hoc ideo poniř.

e Inno. in telligit de col legio eligētiū nō ð collegio eccle vacātis vbi de p̄uile= gio vel ɔſuetu dine vnū col legiū eligit p̄ l.ꝫ3 alteri⁹ vt no. ſ̄. de ꝟb. ſi gnificatio. c. abbate. ꝛ. ſ̄. ð ɔſue. c. cū dile ctus.

ſi non videtur ſi ſunt circa eꝑm. puta qꝛ
ſocius cū ſocio loqtur iux̄ colluſias ca-
pl'i. ⁊ hoc approbat papa de ferō: licʒ ꝯ
rium videaꝛ notare. ſ. e. eccl'ia. ſup ꝟbo
ad ꝯtemptū. Item qro per q̄ ꝟba exꝑ-
mant canonici vota ſua? Rñ. cōſentio
in talē vel eligo talē: vel alio mō ꝑ quē
modū conſenſū exꝑmant: ſicut de mr̄i-
monio dr̄. ſ. de ſpon. inter. ita tñ ꝙ vota
nō ſint cōditionalia vel alternatiua vl'
incerta. ſ. eo. in electionibus. ¶ Reda-
cta.] Quero per quē? Rñ. per aliquē ex
ſe vel ꝑ tabellionē etiā cl'icū vl' laicū[a]
ſicut vidi. ¶ Mox publicēt.] Quid ſi
eꝑm facto ſcrutinio diſtulit publicare i
diē ſequentē? Rñ. nō vitiabiꝛ ꝑpter h̄
electio: qꝛ lʒ hic dicaꝛ mox[b] nō tñ oīa q̄
in hac ꝯſtitutione ſunt vitiāt electionē
ſi nō ſeruētur. ar. ſ. eo. eccl'ia. Sed in ele
ctione ſecus q̄ ſtatim cū facta eſt dʒ pu
blicari vt hic. in fi. Item quis publica
bit ſcrutiniū? Rñ. non refert vtrū ꝑtes
per ſcrutatores/ vl' ꝑ aliquos ex eis: vl'
per eꝑm/ vel aliquē ſeu aliquos de mā-
dato ſeu volūtate capituli publicētur.
Et ſi duo ſcrutatores tertio abſēte pu-
blicent nō nocet: ⁊ ſic obtinuit. Item q̄
ro an eꝑm poſſit reuocare ſcrutatores
poſtq̄ ceperūt ꝑcedere? Rñ. poteſt vt
no. ſ. eo. publicato. licʒ in electionib⁹ ſit
ſecus vt not. ſ. e. in eāis. ¶ Appellatio
nis.] Quero q̄ appellatio h̄ inhibetur?
Rñ. ſi appelleꝛ ne ꝑcedatur ad electio
nem. ſed bñ poteſt appellari ne eligaꝛ
crimine irretit⁹. ſ. eo. cū nobis. vl' inha
bilis ꝑpter corpis impedimētū. ſ. eo.
cum inter cano. ¶ Collatiōe.] De col-
latione no. ſ. eo. in geneſi. ⁊. ſ. eo. dudū.
¶ Eligatur.] Quero ꝑ quem[c]? Rñ. ꝑ
eum q̄ habʒ ꝑmā vocē/ vl' quēlibet aliū
de capl'o cui hoc cōmittet. Sed ⁊ ſi ca-
pl'm vel illi q̄ in ſcrutinio in aliquē con
ſenſerunt nō cōmittent hoc expreſſe ali
cui: ſed vnus ꝑñtibus aliis ⁊ nō contra
dicētibus collatione facta eligat vice
capituli: vel ſaltē illoꝝ qui conſenſerūt
in talem ſatis eſt: ⁊ ſic obtinuit: qꝛ rati-
habitio mandato cōparatur. ff. de reg.
iur. l. hoc iure. Item in appetibili re ⁊
meritoria ſicut eſt vt ꝑ canonicam ele-
ctionem prouideaꝛ: qui tacet cōſentit.
immo mādare videtur. ff. mandati. l. ſi
fidem. ſecus ſi res ſit onerosa: qꝛ tunc
neceſſarius eſt expreſſus conſenſus. ff.

de ꝑcu. filiuſfamilias ⁊ no. ſ. eo. in gene
ſi. Sed quero ꝑ que verba eligeꝛ? Rñ.
Si aliquis ꝑtātē habebat ex officio vel
capl'o vel a ꝑte ſua ſibi data tūc poteſt
in ſingulari vel plurali dicere eligo ta-
lem vel eligimus: nec requiritur ꝙ noīe
capituli dicat vel illorum qui conſenſe-
rit in eū quia tūc ſemper cōis intelligiꝛ
electio/ et hūc eligit qui eligendus erat
licet ſit ſecuri⁹ ꝙ dicat noīe capituli vl'
illorum q̄ in talem ꝯſenſerūt. Si autem
non probatur ꝙ eligens officiū vel mā
datum eligendi habet. ſed dicat eligo
talem nomine capituli vel illorū qui in
eum conſenſerūt ⁊ tunc propter ꝯſenſū
⁊ ratihabitionem ſequentē que manda
to cōparatur videtur cōis electio: al's ſi
ſimpliciter diceret/ eligo itelligereꝛ ſin
gularis electio. ſ. eo. i geneſi. nec ſequēs
capituli ratihabitatio excuſaret/ cū no
mine capituli electio nō ſit facta. De ra
tihabitiōe dixi qꝛ ſi cōſentientes vl' ma
ior pars uollet ꝑnunciationem eius ra
tam habere non valeret cum hoc de mā
dato vl' officio non haberet. ¶ Vel ma
ior] Sed nunquid omnium? Rñ. oīum
qui volunt debent ⁊ poſſunt intereē/ ſed
aliorū non arg. ſ. eo. cumana. circa ꝑn.
C. de decuri. l. nominationem. Dicunt
tamen aliqui ꝙ ita demum valet electio
maioris partis ꝑñtiū ſi due partes om-
nium ſint preſētes. ff. qd̄ cuiuſq; vniuer
ſi. nulli. qd̄ non approbamus: cum ſm
canones preualeat qd̄ a maiori ꝑte pre
ſentium ⁊ eorum qui volunt debēt ⁊ poſ
ſūt intereē ſit. ſ. de his que fi. a maio. cū
in cunctis. imo vnus ſolus poſſet elige-
re aliis negligentibus vt no. ſ. e. cū no
bis. Item quero vtrum contempti in ca
pitulo debeant computari? Rñ. ſic. ſ. eo.
in geneſi. Item an pueri[b] ſint cōputādi
die vt no. ſ. de eta. ⁊ qualit. indecorum.
¶ Maior ⁊ ſanior.] Nūquid ergo vtrū
q; requiritur copulatiꝰ ꝙ ſit maior quo
ad numerū ⁊ ſanior in eo ꝙ eligit digni
orē? Rñ. non[c]. ſ. eo. eccleſia. ⁊ expone ⁊
pro id eſt. Sʒ quid ſi vna pars ē maior
altera ſanior? Rñ. de hoc ⁊ in quo cōſi-
ſtant numerus/ merita/ zelus ſanitas/ ⁊
auctoritas no. ſ. e. dudum. ¶ Conſen-
tit] Sed quando dʒ maior pars in ſcru
tinio conſentire? Rñd. in ſcrutinio con
ſentire dʒ: qꝛ poſt ſcrutinium adhibiti
ꝯſēſ⁹ nil valēt ſi maior pars in ſcrutinio

[a] Vide ſpecul. §. reſtat. ꝟſic. qd ergo ſi tabellio laicus. de inſtru. edit. hoſt. in ſum. §. qualiter ſit facienda ꝟſi. ⁊ inſtrumēta reducta Roſ. l lib. l ca. de for. ſcru. Doc. hic vide etiā ꝑ abbatē an creatus notari⁹ a laico poſſit ſup cauſis eccleſiaſticis ꝯficere inſtrumenta. c. ſicut. ſ. ne cle. vel mo. ꝟſi. vlterius et ibi multa circa creationē tabellionum.

[b] De variis ſignificationibus ⁊ multis modis quib⁹ accipiꝛ dictio mox vide Alberi. i dictio. in ꝟbo mox. Roſ. l lib. l ca. de for. ſcruti. verſicu. mox. ſpec. de el eg. ⁊ diſputa. §. poſt hec ꝟſic. itē mox. Doc. hic. ⁊ i. c. poſt ꝑentā. ſ. e. t.

[c] Adde circa hoc gl. i ꝟbo ꝑ vnū. c. ſi cut cū. de elec. lib. vi. vbi plene iſta ꝟba ponunꝛ ⁊ Doct. inno. c. in geneſi. ſ. e. ino. ⁊ io. and. c. i. de maiori ⁊ obed. ⁊ ibi vide ꝑ feli. circa ea q̄ hic dicūꝛ q̄ tacet et cetera. ⁊ ꝑ io. and. ⁊ frāc. ⁊ Dy. in reg. q̄ tacet. de reg. iur. lib. vi. panor. in glo in ꝟbo ꝯſēſiōes ⁊ ibi panor. c. quoniā ꝯ. ſ. de proba.

[b] Tu hēs cle. vt hic de eta. ⁊ qli. quo vult non ſubdiaconū non poſſe eligere ad ſubdiaconatū nō ꝑmouetur minor. xviii. an. cle. gñalē ⁊ ſi tñ minor ex diſpēſatione recipiat ſubdiaconatum an poſſit eligere vi. felin. c. poſtulaſti. ſ. de reſcrip. nu. ii. ꝟſic. ex q̄ vbi vult ꝙ ſic.

[c] In minore dicitur io. an. ⁊ card. hic panor. ⁊ barba. c. ꝑudentiā. ſ. de off. dele. in ꝑnci. de q̄ videas etiā ꝑ gl. ꝟbo rōnabiliter. c. i. ſ. de his q̄ fi. a maio. ꝑ. ca. ⁊ ibi ſcribent.

non cōſentit.ĩ.eo. eccleſia veſtra. ṡ.eo.
auditis. valēt aūt in eo ꝙ purgāt vitiū
contemptus ſi poſt ſcrutiniū conſen
tiunt qui contempti fuerūt. ṡ.eo. quod
ſicut. ¶ Uel ſaltem.] Hic ſequitur de
forma compromiſſi. Et p̊mo quero an
capitulum poſſit vno contradicēte cō=
promittere? ꝛ videt̄ ꝙ ſic: qꝛ qđ maioꝛ
pars facit totū capitulum videtur face
re.ff.ad municipa.qđ maioꝛ.ĩ. de his q̄
fi.a maio.pte ca.cum in cunctis. Item
turpis eſt pars que ſuo vniuerſo nō cō
gruit.xij.diſt.c.j. Sed dic contra ſola
enim forma ſcrutinij eſt de neceſſitate
ad alias eīn non venit̄ vno contradicē
te vt hic vidimꝰ:ꝛ ſic ſeruat curia ꝛ po=
teſt ratio aſſignari: qꝛ forma ſcrutinij
dicitur ordinaria cum per eam ſinguli
liberum habeant iudicium de pſona q̄
illos debꝫ regere ꝙ canon vult.lxi.diſ.
nullus: ꝛ quem poſtea iudicare nō poſ=
ſunt: ſꝫ ab ea iudicari.viij.q.ij. dilectiſ=
ſimi. vnde non teneoꝛ ordinariū auxi=
liū pro extraordinario dimittere.ff.de
mino.in cāe. Nec obſtant contraria qꝛ
ſpāle dicimus in electionis negocio ꝓ
pter cauſas pred. ꝛ ꝙ nō obtineat ma=
ioꝛ pars.poteſt etiam eſſe ratio in com
promiſſo: quia debet eſſe voluntarium.
ff.de arbi.l.j. Sed magis placet ratio p̊
ma ꝙ ſit hic ſpeciale. Nam als ī his q̄
fiunt a pluribus vt vniuerſis. maxime
ex neceſſitate obtinet maioꝛ ps.vt not.
ṡ.de cōſti.cum omnes. Sed quid ſi vno
contradicēte facta eſt electio per com=
promiſſum ꝛ p̊mo contradicēs modo
cōſentit? videtur vitium purgatū ꝛ ele
ctio ꝯfirmanda.ṡ. eo.qđ ſicut. Sed ꝯ:
quia vt dicunt aliqui electio fuit nulla:
cum nulla fuerit ibi forma: ꝓ nulla eīn
eſt habenda forma compromiſſi ꝓpter
pred.cauſas: niſi de conſenſu oīm fiat
cum dicat hic vice oīm ſicut de tertia
forma que quaſi per inſpirationem nō
diceretur ſi vno contradicēte fieret ele
ctio ſm̄ eam. ¶ Poteſtas.] De reuo=
catione ptātis huiꝰ not.ṡ.eo.in cauſis.
¶ Cōmittatur.] Quero de modo trāſ
ferendi hmōi ptātem? Rn̄. caute fiet ſi
aliquis qui hoc habet ex officio vel ex
mandato capituli.vel etiam qui hoc ſi
bi aſſumit non contradicēte capitulo
querat a ſingulis ſi placet eis ꝙ ꝑ viaſ
compromiſſi procedatur/ſingulorū au

tem conſenſu requiſito ꝛ habito tracta
bit de perſona cui ꝯmittant. deinde cō
ſenſibus ſingulorum requiſitꝭ ſuꝑ hoc
vt dixi de forme inquiſitione. ꝛ in vnā
perſonā cui cōmittāt ꝯuenientibus vnꝰ
qui de officio vel mandato capituli h̄
habet.dicet ego vice capituli ꝛ manda
to (ſi hoc habꝫ) cōmitto ſeu do poteſta
tem tali prouidendi noſtre eccleſie. Si
etiam dicat nos caplm̄ damus ptātem
tali forte nō eſt malum. Sed nunquid
ſufficit de tranſlatione ptātis ſi ſinguli
requiſiti dicant.do tali ptātem vel trāſ
fero in talem nulla alia trāſlatione ſub=
ſecuta? Rn̄.ſufficit et ſic papa termina
uit. licet eīn electio ſit vniuerſitatis tn̄
poteſtatis tranſlatio non eſt ſolum vni
uerſitatis/ſed ſingulorū: quia iura que
ſinguli habent transferūt: licꝫ Uincē.
ꝯdicat dicens ꝙ non debē̄t eſſe tranſla
tiones ſingulares ptātis/ſicut nec ſin=
gulares electiones.ĩ. eo.in geneſi. Itē
nunquid ſufficit ſi vnus vel plures di=
cant damus tali ptātem prouidēdi: vl̄
dicant placet ꝙ cōpromittamus in ta=
lem videtur ꝙ ſufficiat ſi alij non ꝯdi=
cant: ꝛ multofortius ſi alij rn̄deant pla
cet.quia ī his que me inuito fieri nō poſ
ſunt vt eſt compromiſſum. vt.ṡ.dixi.ta
citurnitas habetur pro cōſenſu.ff.de pi
gno.ac.gaius.ff.de re iudi.ſepe.tamen
dn̄s papa viſus eſt in cauſa ſentire cō=
trarium. Et hoc ideo qꝛ ꝓpter magni=
tudinem negocij ſinguli ſigillatim de=
bent requiri ꝛ expreſſe ꝯſentire in trāſ=
latione poteſtatis vel diſſentire ne ſi li
ceret cuilibꝫ prorumpere ad noīationē
aliqui nominarent etiam malū. vt ſibi
nominati fauorem acquirerēt: ꝛ ſic lo=
cus deliberationi auferret̄. tales enim
nominatiōes que ſine tractatu debito
fiunt non valent. C. de appel.nomina=
tiones. ¶ Cōmittatur.] Quero an ſit
vis ꝙ vni ex pluribus cōmittat̄? Rn̄.
non: vt.ṡ.eo.cām. Similiter nec eſt vis
ꝙ illi quibus cōmittit̄ ſint de collegio
vel extra.vt.ṡ.c.cām. Quid ſi ꝯmittāt
vt de certa perſona prouideatur. vide=
tur valere.ar.ĩ.de appella.conſtitutis?
Rn̄.non valꝫ [a] ar.ff.de arbi.qualem.ꝛ
l.item ſi.§.idem pōpo.ꝛ caplm̄ conſti=
tutis.non ꝯdicit: quia ibi nō artabant̄
ad certam perſonam: ſed ad vnam de
duabus. ¶ Prouideant.] Quero qui=

a Iſta eſt cō
munis opin.
adde ꝙ eīn
non valet cō=
promiſſū per
quod aſtrin=
gūtur cōpro=
miſſarij elige
re illū q̄ noia
bitur a pluri=
bus aliarum
partiū reſpe=
ctu non aūt a
maiori parte
capituli.c.ſi
cui.iſto tit.li.
vj.valꝫ tamē
ꝙ teneantur
eligere nemi
narū a maio=
ri ꝛ ſanieri ꝑ=
tē capituli.c.
cum dilectū.
ṡ.e.ꝛ.c.cū ex
pediat.eo.ti.
li.vj.

bus ꝟbis? Rñ. ſi eſt vnus dicet Cū ec-
cleſia tali vacāte cp̄m in me trāſtulerit
ptātē ꝓuidendi eccl'ie de paſtoꝛe: ego
vice capl'i ⁊ mea prouideo de tali ſocio
vro. Si ꝟo ſint plures [a] cōpromiſſarij
vnus recepto mādato a collegio dicet.
Cū vacāte legionen. eccl'ia capl'm vna
nimiter ptātem ꝓuidendi eccl'ie de pa
ſtoꝛe tranſtulerit in tales. et in me nos
oēs conuenimus in dn̄m. M. vn̄ ego
de mādato ipoꝝ vice capl'i ⁊ noſtra
de ipo prouideo dicte eccl'ie in paſtoꝛē
Nam licet lex dicat in pl'ibus arbitris
ꝙ oēs aut null' ſniam dicat ff. de arbi.
l. itē. §. itē ſi pl'es oēs dicere videnꝛ ſi
vn' pn̄tib' alijs ſocijs ⁊ mādantib' di
cat. vt no. in. l. ſicuti. co. ti Et caueas ꝙ
vbi ſunt plures ꝯpromiſſarij ille qui vi
ce ſua ⁊ socioꝝ prouidet nō formet ver
ba in plurali ſic. Nos vice nr̄a ⁊ capl'i
prouidemus de tali vel eligim' talē qꝛ
dn̄s Alex. caſſauit ꝓpter hoc vnam ele
ctionē. non video tn̄ ꝙ de iure dēat ꝓ-
pter hāc ꝓnunciationē caſſari. Eſt tn̄
ꝫ hoc. ff. de duo. re. duo. Quid ſi non di
cat ꝯpromiſſarius ꝓuideo ſicut hec cō
ſtitutio velle videtur: ſed dicat eligo?
Rñ. non nocet. vt. i. co. cū in veteri. licꝫ
prius dixiſſet ꝓuideo. Quid ſi data ptā-
te tribus ſuperueniat vn' canonic' de
ſcholis de q̄ nil ſciebatur videꝛ ꝙ dēat
ſimul cū ꝯpromiſſarijs eligere. ar. ff. de
cu. bo. dan. l. ſi. Rñ. que cp̄m bene facit
nullū contēnendo rata debent haberi:
nec ꝓpter canonicū ſuperuenietē ſunt
immutāda. ar. i. de reſti. ſpo. auditis. et
ſic ſoli ꝯpromiſſarij prouidebūt. Quid
ſi cōpromiſſarij prouideāt de indigno
vel ſi ille de quo prouiderāt noluit cō-
ſentire. De his ⁊ alijs ad hanc formam
ſpectantibus dixi. s. eo. in cauſis. ⁊. ca.
eū m. Quid ſi duo ꝓuiderūt ſciēter de
indigno vn' de digno nūquid valꝫ ꝓ-
uiſio vnius? videꝛ ꝙ ſic. s. c. dudū: vbi
no. Rñ. non valꝫ: ⁊ ſic obtinuit: al's eēt
ꝫ intentionē compromittentiū. vt vn'
ſolus ꝓuideret: nec iſti per oīa fungū-
tur vice capl'i. ¶ Aliter electio nō va-
leat.] Sed nūquid ipo iure. ſic. i. eo. in
geneſi. Sed nō ſunt electoꝛes ꝓuati ſi-
cut ſunt q̄ peccāt ꝫ ꝯſtitutionē. cū in cū
ctis. ⁊ de hoc no. s. eo. cōſiderauim'. ⁊
c. dudū. ¶ Niſi forte.] Sequiꝛ de for-
ma ſeu modo eligēdi. qui q̄ſi inſpiratio

vocatur q̄ proprie forma nō diciꝛ cum
potius ſit forme ꝓuatio. Nam per hūc
modū receditꝛ a noīationib'/ reqſitiōe
conſenſuū/ ⁊ donatione ptātis. que le-
galis ⁊ canonica ī electionib' legatio-
nibus/ creationib' ꝑſidentiū forma re-
q̄rit. s. e. cū terra. lxiij. diſt. metropoli-
tano. C. de decur. noīationū. in auē. de
ſanct. epi. §. j. ff. qd̄ cuiuſcꝫ vniuerſi. nul
li. Si tn̄ ⁊ hic mod' ꝑ quaſi inſpiratio-
nem dicatur forma non eſt magnū pec
catum. nā aliquam hꝫ formā: vt ſtatim
apparebit. Quero hic p̄mo vtrum ali-
qui s tractatus [b] licite ꝑcedat hanc for
mam? Rñ. Tractat' gn̄alis pōt ꝑcede
re vt rogem' dn̄m ꝙ det nobis bonā ꝑ-
ſonā. vel ſi dicat aliqs expediret eccl'ie
vt hērem' bonā perſonā ſi eccl'ia duo
vel tres noīauerit eligēdos dicēdo bo
nus eēt talis ſatꝫ videꝛ ꝑ inſpirationē
fieri. Sed ſi maioꝛ ps noīet eligēdum
ſigillatim nō eſt ꝑ inſpirationē dei: ſed
per hoīs inſtigationem factū ꝑſumiꝛ.
Item q̄ro ſi vno ꝫdicente hoc modo fi
at electio an valeat? Rñ. non: imo plus
dico ꝙ ſi etiā ꝫdicens cōſentiat vitiū
non purgatur cū forma fuerit vitiata.
que requirit ꝙ ſm̄ hanc formā fiat cōi-
ter ab omībus: ⁊ ſic cū nulla fuerit for
ma ſeruata electio eſt nulla. vn̄ non po
tuit ratificari per ſequentē conſenſum
s. co. auditis. ⁊ ſic non obſtat. s. co. qd̄
ſicut. vbi forma fuit aliqua ⁊ electio.
Item quero per q̄ verba procedent ca
nonici ad electionē ſm̄ hanc formam?
Rñ. ex quo ſimul oēs vno ſpū ⁊ vna vo
ce eligūt nō eſt vis ſiue dicāt eligo vel
eligim'. Sed nūquid erūt ſic electiōes
plures ⁊ ſingulares vt. i. cod. in geneſi.
Rñ. non: imo vna dꝫ cenſeri ⁊ cōis per
vnanimes volūtates ꝯſenſus ⁊ voces.
vn̄ nō eſt neceſſe ꝙ poſtea dent ptātem
alicui qui vice oīm ipm̄ eligat. Sed cū
hec electio fiat ꝫ decretū publicum ⁊ ſi
ne ſolēni tractatu/ ⁊ ad voces ⁊ ad cla-
moꝛem quare ſtatuit eccl'ia ꝙ electio ꝑ
hunc modum facta valeret ꝫ id qd̄ dr̄
ff. de appel. ſi cōſtiterit. Rñ cum in ele-
ctionibus ſepe conſueuerit interuenire
diſcoꝛdia querētibus ſingulis que ſua
ſunt: non que Ieſu xp̄i. lxiij. diſt. noſſe.
Ex quo electoꝛes cōiter ⁊ cōcoꝛditer ī
vnā perſonā repente ⁊ ſine inſtigatiōe
cōueniūt. ꝑſumiꝛ ꝙ per inſpirationem

[a] Vide iſtū caſum hodie deciſum ꝑ c. ſicut eū. e. ti. li. vj. vbi per doct.

[b] Card. hic dicit electiones parmen. electi fuiſſe caſſatā quā dictauerat bernard' gloſatoꝛ qꝛ ibi di cebaꝛ habito diligenti tractatu vnde in forma huius electionis aufert tractatū ſpālē ſpecul. de elect. §. ſi. ſed mādag. c. iij. dicit nullo tractatu hī to an aūt generalis vitiet po. dec. hic vi de ibi glo.

diuinam ad hanc concordiã inducant
vñ q2 q̃ ſpũ dei agũtur nõ ſunt ſub lege
xix. q. j. due. noluit eos ius artari for=
mis ⁊ ſolemnitatibꝰ iuris q̃ in electio=
nibus requirũtur ⁊ ꝓcipue cum p hunc
modum vitet diuturna vacatio que ec
cl'ijs eſt damnoſa. ſ. eo. ne pro defectu.
¶ Priuẽtur.] Nunqd minor ps q̃ nõ
peccauit põt agere ꝯ maiorẽ ꝑtem pec
cantem in forma vt priuetur. Credimꝰ
ꝙ põt cõdictione huiꝰ capl'i cũ illi q̃rũ
intereſt dẽant ad agẽdum ſup impone
pene admitti. j. de acc. c. iij. ⁊ illius ma=
gis ſup hoc intereſt agere quam parti
capl'i que nõ peccauit. Alij dicũt ꝙ no
mine ſuo nõ aget ad hoc minor pars ſꝫ
noie eccl'ie. Item nũquid parte vna ꝓ
uata ꝓpter peccatũ in forma eliget ps
nõ peccans.[a] Rñ. Si minor pars ꝓpt
pctm̃ in forma ꝓuctur maior ps nõ pec
cans licite eligat. cum capl'i ſit electio
⁊ capl'm nõ ſit priuatum ꝓpter ꝓuatio
nẽ minoris partis in qua ius capl'i nõ
cõſiſtit. Si autẽ ps maior propter pec
catum in forma ꝓuetur: tunc non eliget
pars mior: nec etiam ordinarius q̃ pri
uationis ſniam tulit. vt no. ſ. eo. ne pro
defectu. ⁊ not. j. de conceſ. preben. quia
diuerſi. ⁊ ſ. e. bone memo. cremo. Alij
dicunt ꝙ hoc caſu ordinarius prouide
bit. vt no. in. c. ne pro defectu. nec mire=
ris ſi nõ delinquẽtes punientur propt
delinquentes: quia ſimile habes. ſ. eo.
ſcriptum. i fine. vij. q. j. §. veſtra. xv. q.
vj. multe. Alij dicũt ꝙ hoc habꝫ locum
vbi capitulũ priuatur. Sed vbi maior
pars vt capl'm ꝓuatur ptãs eligẽdi de
uoluitur etiã ad minorem partẽ: ſicut
contingit cum nõ per ſentẽtiam: ſed ꝓ=
pter delictum maior ps eligendi pote=
ſtate priuatur. ſ. eo. dudũ. j. e. ꝯgregato
quare cũ priuaretur minor pars cũ nõ
ſit priuata ipo iure vel per ſniam: verũ
tamẽ bene fatemur ꝙ peccante maiori
parte in forma totũ capl'm poteſt pri=
uari: q2 qd̃ maior pars capituli facit to
tum capitulum facere videtur. Secus
aũt qñ maior ps ſciẽter eligendo indi=
gnum: quia tũc ꝓpter delictũ maioris
ꝑtis nõ priuatur capl'm per ſniam: nec
priuatum denũciatur cum pena teneat
ſuos actores. j. de his que fiũt a maio.
parte ca. queſiuit. ¶ Item quero ſi ma=
ior pars que eligit ꝯ formam velit reſi
lire a ſua electione vel q2 electꝰ nõ ꝯſen
tit: vel cõſentit ſꝫ poſtea renũciat an de
nouo poſſit eligere ꝯtradicẽte ⁊ appel=
lante alia parte dicendo. Ex hac cau=
ſa vos non poteſtis eligere: quia ꝓuan
dieſtis: ⁊ ad nos eſt deuoluenda pote=
ſtas. Et dicunt quidam ꝙ nõ valet eo=
rum electio: quia in delictis non ꝓdeſt
penitentia in forenſi iudicio. C. de apo.
l. his qui. ff. de furtis. qui ea mente. ff. vi
bono. rap. l. penulti. Item pro eis eſt ꝙ
ſi res eſt obligata non poteſt alienari.
C. de fideicom. l. fin. vltra medium. vñ
cum hec electio ſit obligata reſtitutio=
ni: quia debet ad non delinquentes re=
dire nõ debet alienari. Alienaretur au=
tem ſi pred. electio teneret: quia non de
linquẽtes vlterius eligere non poſſũt.
Alij vero dicunt melius ⁊ ſic obtinuit
ꝙ electio pred. tenetᵇ dummodo fiat ſi
ne ſuſpitione pene: nec in fraudem legi
vel non peccãtium: que ſuſpitio in ele=
ctionibus ſemper ceſſat dũmodo bona
perſona eligatur cum in eis ſemper pe
riculoſa ſit mora. j. de appella. oblate. ⁊
videtur expreſſum pro nobis. ff. de do.
poſt ꝯtum. C. de bonis proſcri. ſi quis
poſt hac. licꝫ eñ lex precipiat bona illi
us qui capitale crimen cõmittit publi=
cari tamen ſi delinquens alienet bona
ſua ante ſniam tenet alienatio: dũmo=
do fiat ſine pene ſuſpitione. vt. d. l. ff. de
dona. ſi quis. Item pro hoc facit ꝙ ſi
dono vel vendo tibi tali pacto ꝙ in ali
quo caſu res ad me veniat: ſi interim
alienes tenet alienatio. C. de pact. in=
ter empt. ⁊ vend. l. j. ⁊. ij. C. de dona. an=
te nup. cum autem. C. de iure do. etiam
Item pro nobis eſt. ſ. eod. cum terra.
Nec obſtat quod opponitur ꝙ in deli=
ctis non prodeſt penitẽtia: quia fateor
ꝙ ſi de crimine accuſentur iſti electo=
res punientur: non tamẽ hac pena per
hanc decretalem inſtituta: ſed alia quã
eliget iudex. Item non obſtat. C. de fi
deicom. l. fi. quia vere loquẽdo cum ca
ſu ꝓpoſito electio nõ erat obligata re=
ſtitutioni. ¶ Procuratorẽᶜ.] Quid ſi
nõ admittit ꝓcurator abſenti eo loco
vñ vocãdꝰ erat: ſed ipediti iuſto ipedi
mẽto? Rñ. faciet caſſari electionẽ. ſ. e.
bone. q2 ꝯtẽptꝰ fuit cũ potuerit p ſe vel
per aliũ intereſſe alterꝫ quorum ſufficit
vt hic. Item quid ſi capl'm admittat

a Glo. ma=
gna. c. qñ.
iſto ti. li. vj. ꝓ
q̃ facit. c. ij.
tenet ꝙ pars
nõ peccãs ſẽ=
per eligit et
ad eã deuol=
uit ptãs quã
glo. ſeqt' cõis
opinio.

b L3 panor.
hic adhereat
huic opiniõi
cõtra anth. ⁊
hoſt. tu hic vi
deas car. opi.
aliorũ recitã
tẽ ⁊ tãdẽ op=
time diſtiguẽ
tẽ cui bonum
